

Fessarium abfolvi virtute Bulla Cruciate vel iubilei, satisfacta parte, in vtroque foro, vel tantum in interiori

Hæc quæstio maximi momenti est, læpissimæque in dubium refricatur: quoniam si partem affirmatiuam elegeris, sequeretur inde, quod huiusmodi absolutus, si facta egerit, non erit irregularis & præterea poterit diuinis interesse, cæteraque facere tanquam integre absolutus: si autem negatiuam vtiore exiti-maueris, huiusmodi celebrans erit irregularis, & ab ordine, in quo ministraverit, suspensus nec interesse diuinis poterit, alias punietur, cæteraque excommunicatis publicis interdicta prohibebuntur: quod si diu in excommunicatione permanerit, puniri poterit iuxta formam, & pœnas legis Regiæ, de qua infra, annuente Deo, agemus.

Et primo videtur, quod debitor excommunicatus à iudice, satisfactio creditore, ac de ipsius consensu possit absque mandato iudicis, qui eum excommunicauit, virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij Apostolici absolui à confessario ab illa excommunicatione, non solum in foro conscientie, sed etiam in exteriori, ita quod absolutus hoc casu à Sacerdote, in vtroque foro remaneat absolutus atque securus, etiam in prædictis Bullis hoc expresse minime continetur; si tamen excommunicatum à iure vel ab homine, satisfacta parte, absolui in eisdem permittatur, quia intelligi debet in vtroque foro, & sic integre: Quandoquidem Summus Pontifex, qui est ordinarius ordinario, ac supremus omnium, in præfatis literis concessit facultatem confessario absolvendi excommunicatum ab omni excommunicatione lata à iure vel ab homine, satisfacta parte soluto igitur debito creditori, qui est pars, cui satisfari debet, iudex, qui excommunicauit, nec ipsius officiales conquiri debent, nec se reputare offensos, quandoquidem ipsi ad instantiam & vtilitatem tantum eiusdem partis iam satisfactæ, prædictam excommunicationem fulminarunt atque decreuerunt: excommunicatio autem ipsa iam sublata est auctoritate superioris, silere igitur tunc debet & iudex præfatus, quandoquidem pars est satisfacta, consensumque præbuerit absolvendi excommunicatum: factum enim iudicis, reputatur factum partis, *vt in l. si ob causam, & ibi Doctores, C. de iur. iur. in tractat. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gloss. 14. nu. 13.*

Secundo, quia Principis beneficium + siue priuilegium latissime est interpretandum, *vt in l. beneficium ff. consil. Princip. & in l. 28. tit. 34. par. 7.* Ergo absolutio præfata in vtroque foro prodesse debet, quia alias si à iudice Ecclesiastico puniri posset atque in præfatas pœnas incurreret, absolutio nullius aut paræ vtilitatis esset; imo captio occasio daretur, calumniis atque vexationibus, & dum Princeps Ecclesiasticus fidelibus fauere studet, verteretur illis in odium ingenique damnum, quod abhorrere videtur ab intentione Summi Pontificis.

Tertio, quia cum in Bullis & priuilegijs Apostolicis huiusmodi non exprimitur, in quo foro præstanda sit absolutio, in dubio in vtroque intelligendum est eam profuturam, vtpote fauorabilior sit sic absolutis ac priuilegiatis: alias namque nullum eis priuilegium concederetur: & in þ dubio potius debet actus interpretari, vt valeat, quam percat, *vt in leg. quoniam, l. 2. ff. de reb. dub. verba þ enim impropiari debent, vt actus valeat, vt in cap. constitutus, vbi gl. in verb. iuxta ratam, de religiof. domib. l. si olei, vbi Bart. C. locat. Decius in rubr. de probat. in Decretal. col. 2. in fin. nu. 4. vbi plerumque in proposito.* Imo sunt & intelligenda verba largissimo modo & omni meliori quo fieri potest, vt actus valeat secundum Abb. *consil. 63. m. 8. lib. 2.* Et licet Princeps in du-

bio non præsumatur vt plenitudine potestatis, secundum Bald. in l. honorum, post princ. n. 2. C. qui admitti. & ibi addito Paul. de Castro *consil. 317. viso & examinato puncto, col. 2. post med. n. 2. l. 1. Capollæ consilium. col. 7. post med. Decius in l. in testamento, n. 11. C. de testam. mil. hoc tamen fallit, quando alias sine plenitudine + potestatis actus non valeat, secundum Paul. Castrenf. *consil. 414. in facto præfati, col. 3. circa med. lib. 1. additio Bald. vbi supra in dict. l. honorum, Decius in l. in testamento, n. 11. de testam. mil. & tamen plenitudo potestatis dicitur res odiosa, vt in decis. Rota 21. alius 331. supposito facto nu. 2. in vers. modo licet Papa in nouis, Curt. Senior. *consil. 9. col. penult. circa fin. vtrumque refert & sequitur post alios plures Aymon Crauet. consil. 22. n. 9.* Ergo cum Papa possit concedere prædict. priuilegium, vt satisfacta parte confessarius possit absolueri excommunicatum ab homine in vtroque foro, de quo non est dubium, & generaliter indulget in prædictis bullis, vt confessarius possit absolueri excommunicatum à iure vel ab homine, satisfacta parte, intelligendum est in dubio de absoluteione in vtroque foro, vt actus pleno iure valeat & excommunicato plenius præficiat: alias enim, si in foro tantum interiori anime intelligeretur valere; non satis esset consultum excommunicato, cum posset in foro exteriori puniri ob pœnas, quas incurreret celebrando vel administrando in ordine, quem habet, vel interfessendo diuinis, vel etiam ex diuturna mora in præfata excommunicatione, & præterea, quia à diuinis excluderetur, donec absoluteionem eiusdem iudicis excommunicantis demonstrasset, sique ei nihil prodesset absolutio: quod non est dicendum.**

Et in proprijs terminis hanc partem affirmatiuam tenet & probat expresse Barthol. à Medin. in sua summa, *Instructio de confessoribus. l. 2. De modo como el Confessor ha de absoluer al penitente, ad fin. vbi consultit sic absolute, vt habeat penes se schedulam subscriptam à confessario absoluteionis præfate, virtute Bullæ Cruciatæ vel alterius priuilegij, parte satisfacta, vt iudex, qui eum excommunicauit, non possit cum calumniare, si viderit eum rem diuinam audire, quia þ credendum est confessario hoc casu, secundum Cardin. *consil. 2. de testibus, ad fin.* Sicut standum est confessorio alcerenti aliquid esse emendatum de crimine, iuxta gl. in cap. 1. verbo, innocenti, de except. vbi Felin. num. 3. alius gloss. & Doctores allegat, suntque communiter recepta: sequitur idem Felinus in cap. testimonium, de testib. num. 36. in repetitorio, verbo, emendato fol. 41. col. 2. ad fin.*

His tamen omnibus non obstantibus, contraria sententia & sic negatiua, imo quod huiusmodi absolutio minime admitenda sit in foro exteriori iudiciali, nec eam excommunicato prodesse, quoad exterioris iudicij effectus, sed tantum in foro interiori anime, nisi in literis Apostolicis dictum sit, quod ea in vtroque foro vim obtineat, longè verior & tenenda est, tanquam fortioribus fundamentis probata, distinguendo ac considerando tres casus. Primo, quando in þ præd. Bullis vel alio priuilegio Apostolico expresse fit mentio, quod in foro conscientie possit fieri prædict. absolutio, & tunc res est plana, quia constat de intentione Summi Pontificis limitata ad forum conscientie, ac proinde in foro exteriori denegata videtur: quia inclusio vnus est exclusio alterius, *argum. l. cum prator, cum simil. ff. de iudic. & limitata causa limitatum parit effectum, vt in l. age cum Gemianiano, Cod. de tranf. act. cum simil. & in claris non est locus coniecturis, vt in l. continuis, §. cum ita, ff. de verborum obigation.*

Secundo, quando þ in literis Apostolicis continetur ac conceditur facultas confessario absolvendi in vtroque foro, prout in eisdem quibusdam in casibus exprimitur, & tunc etiam res est clara: imo ex hoc nostra sententia

sententia comprobatur in alijs casibus, vbi id non exprimitur, cum manifeste distinguere velit Summus Pontifex forum interius ab exteriori.

Tertio, quando þ in literis Apostolicis nullius fori fit mentio, sed simpliciter indulgetur, vt quis possit absolui per confessarium à sententia excommunicationis quam incurrit à iure vel ab homine satisfacta parte, prout regulariter dicitur in bullis Cruciatæ, & in hoc casu vere consistit nostra quæstio: & cum de absoluteione à confessario faciendâ loquatur, consequitur in foro pœnitentiali tantum, hoc est, anime, locum habere præfatum absoluteionem, non vero in iudiciali, sicut cetera in eisdem bullis contenta, hancque esse mentem Summi Pontificis: si enim aliud vellet, expressisset, prout moris est exprimeret regulatiter, quoties in vtroque foro suam concessioem prodesse vult: ex quibus satis fundamentis contrarie partis: nam etiam si beneficium Principis latissime sit interpretandû, & in dubio magis, vt actus pleno iure valeat, quia debiliori, id tamen verum est, vbi ex verbis concedentis, ac iuxta materiam subiectam de contraria mente legislatoris non constat: *argument. l. non aliter, ff. de legatis 3. & in l. si vno ff. locat. ergo cum hic constet mentem Summi Pontificis eam esse, vt circa forum anime loquatur ex prædictis, in eo tantum valere debet absolutio, & sic sustinetur & non perit, non vero in foro exteriori, vltra & præter intentionem concedentis.*

Secundo, principatiter þ hæc eadem sententia probatur, quoniam absolutio in anime iudicio, etiam pœnitentia peracta, potest in exteriori foro accusari & puniri, iuxta gloss. in cap. de his, de accusat. gloss. vnicâ, in fine, communiter ibi approbata secundum Couarr. lib. 2. vbi agit, an etiam idem sit in pœnitentia publica: que communis sententia procedit absq; dubio, etiam virtute bullarum vel iubilei, quis fuerit absolutus à confessario à suis peccatis & excessibus, quantumcumque grauib; & enormibus: illa enim concessio & priuilegium, respectu tantum foro interioris locum habet, vt manifeste patet ex eisdem literis Apostolicis: ergo absolutio ab excommunicatione, lata à iudice, satisfacta parte, permilla in eisdem literis, eodem iure censeri debet. quandoquidem eius respectu aliud non exprimitur, nec differentia fit vlla inter absoluteionem à peccatis & à censuris, sed à prædictis omnibus iubetur absolui per confessarium, sumens bullam vel iubileo gaudere volens: absolutio ergo omnium supradictorum intelligi debet in foro pœnitentiali, non vero etiam in exteriori: quia cum absolutio à criminibus non tollat accusationem in foro exteriori, ita nec absolutio ab excommunicatione satisfacta parte, tollit eandem in exteriori foro vna enim determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinare, *vt in l. iam hoc iure, cum similibus, ff. de vulgari & pupillari.* Quod si iustes, plures determinaciones dari in proposito in bullis, vel iubileo, vnam respectu nempe peccatorum, alteram respectu censurarum, adhuc idem, quod prædiximus, existimit; cum eadem ratio in vtraque concurrat & militet, atque eadem intentio concedentis sub vna eademque bulla & dispositione continetur: quare etsi plures sint determinaciones, omnes tamen sub vnica concessione Apostolica comprehenduntur: & cum concedens in neutra fori differentiam faciat, omnes in eodem foro interiori intelligendæ sunt: plures enim sunt differentie inter vtrumque forum, vt probatur in pluribus iuris patribus, & maxime in cap. quia plerumque, de immunitate Eccles. & bene per Ludouicum Gomez. in regul. de non iudicando iuxta formam supplicacionis, questione 14. in

versiculo, breuiter prædictio non obstantibus: vbi quod iste conscientie forus à contentioso, sicut celum à terra differt.

Tertio, huic þ opinioni fauere stylus vetustissimus Curie Romanæ à tempore Benedicti XII. Nam in sacra Pœnitentiarum, quando gratia in foro conscientie petitur, absolutio confessori committitur literis laiciatis & nullis testibus adhibitis, nec vlla tunc fit compositio pecuniaria cum Datario, & ita præficiatur: secus est; quâdo quis vti vellet gratia in foro fori, quia tunc gratia cum Datario componenda est: ita Gomez vbi supra quem refert & sequitur D. Couarr. in capit. almatia, 1. part. elect. §. 12. n. 16. vers. quinto de sentent. excommunic. in 6. vbi ad idem allegat Paul. Paris. *consil. 67. n. 22. lib. 4. referentem, inuenerat etiam similem stylum Curie Romanæ, nempe, quod Romanus Pontifex non consuevit per iubileum aut Bullas confessarijs committere ea, quæ forum contentiosum concernunt, sed tantum ea, quæ ad pœnitentia forum & conscientie purgationem spectant: ex hoc enim stylo mens concedentis apertior fit, nempe quod in dubio in foro interiori concessio intelligatur facta.*

Quarto þ & vltimo, quia si aliud diceremus, præiudicium inferretur iudici excommunicanti, plurimumque detraheretur auctoritati iurisdictionis. Ecclesiasticæ fori exterioris, si publice excommunicatus & denunciatus, serere per sacerdotem ab eo ad confessionem electum absolutus ingerat se diuinis, quasi in contemptum iudicis, qui eum excommunicauit: cui quidem iudici congrue non satisfactum esse, etiam si excommunicatus parti satisfecerit, cum eadem iudici parere recusauerit, sicq; opus habeat eadem quoq; satisfactioe suam contumaciam, ob quâ offensa est publica auctoritas: quæ satisfactio fiet petendo ab eo licentiâ, vt absoluat, sibi; desuper concessa. Princeps autem nunquam videtur alteri priuilegium seu quid aliud concedere cum præiudicio tertij *vt in l. 2. §. si quis à Principe, cum simil. ff. ne quid in loco publice.* alioqui Ecclesiasticus ordo peruerteretur, si vniciue sua iurisdictione non obseruaretur, *cap. peruenit, 11. quæst. 1. & in terminis nostre quæstionis, est eam dubiam existimet, hanc partem præuia deliberatione, pluribusq; iuris fundamentis probauit atque defendit ex professo D. Couarr. vbi supra, dict. num. 16. per totum, & late optime probat dicens, hoc sine dubio recipiendum esse, Ledesma in 2. part. 4. libri sentent. quæst. 26. artic. 1. columna penult. & in fol. 353. secundum impressionem Combricæ factam, & eam libenti animo tanquam verissimam amplector, & scio alijs doctissimis viris etiam placere. Et nouissime post huius operis primam impressionem secundum eam consultui Nauar. *consil. 23. de pœnit. & remis.* vbi plura alia in eius fauorem addit: & iterum in transitu *consil. 11. de sentent. excommuni.**

Nec obstat, quod þ in publicè excommunicato & denunciato nullius effectus erit prædict. gratia, quia si non remanet absolutus in foro exteriori, absolutio in interiori nullam vtilitatem sibi asfert, cum in exteriori possit & debeat virari atque puniri, si se ingerat diuinis. Nam respondeo, quod Papa nihil plus concessit, quam in foro interiori, vt ex prædictis patet, & satis est, quod in eo actus valeat, ne dicamus eum omnino perire. Poterit igitur excommunicatus hoc casu faciliter, satisfacta parte, licentiam adipisci à iudice, vt absoluat, interim vero se abstineat. Brit etiam eadem prædict. concessio & indulgentia maximo ex vtu, nempe si fit occultus excommunicatus, tunc enim cum esset scandalum, sufficit ei absolutio in foro anime facta, si iudex aliud non poscat nec ab eo petat. Non etiam obstat, quod factum iudicis censetur factum partis, quoniam hoc est diuersum à no-

stra materia: procedit enim in eum sensum, vt illa pars, cuius bona venduntur ob causam iudicati, ea euincere non possit, imo si ab alio iure euincatur, tenebitur ipse de euicione: licet enim iudex vendiderit, perinde est, ac si ipse debitor vendidisset: & hoc est, quod probat dicta. I. si ob causam, & quod ibi notant Doctores, & Tiraquei. vbi sup. quod nihil probat contra nostram praeferatam sententiam

17 Non etiam obest dictum Cardinalis vbi sup. nam verum minime est: quia non est credendum confessario asserenti aliquem ab excommunicatione absoluisse, quia obstat iuris regula de excommunicato remittendo ad suum excommunicatorem, qui causa cognita eum absoluit, & ita aliis constet fuisse absolutum, vt recte probat Ledesma vbi sup. contra Cardin. & responderet dictis in, in contrarium allegatis, in primis negare veras esse, Decimum ibi in fine, & praeterea loqui in diuerso casu, vt ibi per eum.

18 Haec tamen vera sunt recteque procedere videbantur, quousque Sanctissimus Dominus noster Pius V. Iubileo anno Incarnationis Dominicae 1568. 15. Calen. Decembris, sui Pontificatus anno 3. lato, incipiente. Grauiissima maximeq; pericula, &c. sub titulo, Iubileum ad implorandum diuinum auxilium, suam praedecessorum, atque successorum in similibus gratias & indulgentias mentem declarauit his verbis. Declarantes in super, iam praesentes, quia alius quascunq; super concessione similibus indulgentiarum a nobis & praedecessoribus nostris haecenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas literas, Christi fidelibus, ipsis nisi ad eorum effectum in foro conscientiae & penitentiae consequendum duntaxat, non autem in foro fori, aut contentiofo, nisi satisfecerint eis propter quae censura in eos lata fuerit, illatenus suffragari eosdemq; Christi fideles illis iuxta huius nostrae declarationis formam, & tenorem tantum, & non aliter, nec alio modo vti, aut eis si innare quoquo modo potuisse aut posse, quinimo eos in illas postmodum reuocasse, & in futurum reuocare, sicque ab omnibus quavis auctoritate fungentibus censeri & iudicari debere, irritumque, & inane quicquid, factis a quocumque quouis praeiurati, aut colore scienter vel ignoranter, attentatum forsitan haecenus, vel in posterum contigerit attentari: Videtur enim ex suprad. noua declaratione, quod satisfactio ipsa exhibita praecedente, valeat absolutio virtute Bullae siue indulgentiae in vtroque foro. Eademque ratione idem videtur dicendum, quando satisfactio partis necessaria non esset, veluti si non esset pars, sed censura imposta fuerit a iure propter delictum puniendum: tunc enim cum non requiratur satisfactio partis, absolutio quoque virtute iubilei in vtroq; foro valere videtur contra sententiam, quam supra fundauimus atque probauimus: & praed. iubileum est inter motus proprios, qui sunt impressi Visio anni 1570. vbi compiler illorum ex se addit: Fuit hoc volumine in scriptum propter generalem & perpetuam declarationem Pontificam circa absolutionem a censuris virtute cuiuscunq; iubilei, quae solum indicatur prodesse in foro interiori ad effectum consequendi iubileum, non vero in exteriori absq; debita satisfactioe, prout in ea continetur. Postea tamen Bulla quadam Cruciatæ Gregor. XIII. Pontificis Maximi, Regno Portugalliae concessa, declaratum fuit expresse. Quae las absolutiones hec has por virtute de aquella Bulla, despus de satis fecha parte delos descomunicados, & de otras censuras latis ab homine vel ferdendis, no valga a ninguna persona Ecclesiastica, o seglar in foro iudiciali, &c. antes que alcançe de su vez absolucion si que in excommunicatione ab homine lata expresse videtur approbari ibidem sententia Cou. & nostra supra fundata, quamuis illa non sit perpetua nec generalis constitutio & declaratio, sed gratia illis Regnis facta: in excommunicatione vero a iure premissis ibidem valere absolutionem virtute d. Bullae facta in vtroque foro. Quid dicend.

Certe matura ac diligenti consideratione de hęc re habita, adhuc defendo, veriorē & tenendam esse sententiam Couarr. quam praediximus, nempe absolutionem excommunicationis ab homine latae, parte satisfacta, virtute Bullae Cruciatæ impensam, tantum valere atque intelligendam fore suum effectum fortiri in foro interiori conscientiae, non vero exteriori, per omnia supradicta. Nec obstat praed. iubileum Pij V. cum sua noua generali + & perpetua declaratione iam supra relata, quae profecto nobis videbatur in supradictis magnū obicem ponere; quoniam absolutio illa censuram virtute illius declarationis facta, & in posterum faciendam, quae parte non satisfacta prodesset in foro interiori tantum, ipsa vero satisfacta in vtroq; vt ibi expresse cauetur, & modo ex verbis d. declarationis deduximus, procedit tantum ad effectum duntaxat consequendi iubileum, quo consequuto, statim excommunicati praefati reuincunt in priorem excommunicationem, ampliusque non gaudent praed. absolutione: Itaque quamuis praed. absolutio, satisfacta parte concessa, proficit in vtroque foro ad consequendum iubileum, hocque casu, hoc est, quoad praed. effectum consequendi iubileum, nostra de hęc re sententia non procedat, quoniam absolutio, satisfacta parte praestita virtute d. nouae declarationis proficit in vtroque foro ad effectum consequendi duntaxat iubileum, quam declarationem non vidit Ant. de Cordub. in suo tract. de casis de conscientia, q. 20. in 3. puncto vbi aliter in proposito loquitur est: atamen consequuto iubileo, statim excommunicati reuincunt in praefatam priorem excommunicationem, vt expressissime in eodem iubileo Pij V. eiusque generali & perpetua declaratione in verbis supra relatis cauerunt. Quinimo hoc ipsum ad litera est quod pius V. ibidem declarat, non vero quid aliud, vt constat ex literae contextura, ibi, Nisi ad eorum effectum in foro conscientiae & penitentiae consequendum duntaxat. & ibi, Eosdemque Christi fideles, illis, iuxta huius nostrae declarationis formam & tenorem tantum, & non aliter nec alio modo vti, &c. & ibi, Quinimo eos in illas postmodum reuocasse & in futurum reuocare debere si q; ab omnibus, &c. ergo absolutio illa est ad reuincendam transacto iubileo, non vero in totum: quo fit, vt potius illo iubileo, ipsiusque noua declaratione, nostra de hęc re sententia videatur probata quā correctā: quoniam si absolutio virtute iubilei facta a censuris latis ab homine, praecedente partis satisfactioe, vel etiam ipsa deficiente, non est tanti momenti ac vigoris, vt consequuto iubileo valeat in neutro foro, sed potius excommunicatio ipsa prior reuincatur, vt ibidem expresse cauetur, consequitur, necessitatem esse aliam legitimam absolutionem, quando quidem praecedens non fuit in totum, sed ad reuincendam. Quod si infites, quid opteret satisfactio partis ad iubileum consequendum facta, quandoquidem abique ea absolutio valet in foro interiori? Respondeo libenter, hunc effectum ea inducere, nempe quod cum + aliquis est excommunicatus nominatim & publice denunciatus ad instantiam partis, parum sibi prodesset absolutio excommunicationis in foro interiori, quandoquidem parochus & alij Sacerdotes, quibus innotesceret excommunicatio, quinimo & pars, ad cuius instantiam excommunicatio lata fuit, impedire possent eadem communicationem in diuinis, sicque eum excludere ab Ecclesia, & Sacramentorum receptione ac iubilei cōsequutione: at vero satisfacta parte, cum absolutio proficit in vtroque foro, quamuis ad effectum duntaxat consequendi iubileum, nullo modo ab aliquo impediri poterit consequi praed. iubileum: iustissime enim atq; sanctissime, sicut in caeteris, Pius V. in hoc processit, nolens creditoribus in aliquo obesse, sed tantum iudici excommunicatoris, qui cum habeat iurisdictionem emanatam ab eadem sede Apo-

Aposto-

Apostolica, eidem iure optimo potuit hoc casu praed. iudicare, quamuis id non in perpetuum, sed tantum ad consequendum iubileum duntaxat fecerit motus suo solito in gregem sibi a Deo commissum ferentissimo pietissimoque zelo, vt omnes Christi fideles iubileum consequi possint. Magni igitur habenda est praefata Summi Pontificis generalis & perpetua declaratio ad praedictum effectum, prout ipsa sonat, & compilator summavit in suo illo breui compendio supra relato. * Haec dicta sunt, salua censura sacrosanctae matris Ecclesiae, eiusque Summi Pontificis, cui in omnibus me subiiicio. *

His mirum in modum cōcinit Bulla Cruciatæ Gregorij XIII. Regno Lusitanie concessa iam supra relata, quae expressa est in fauorem nostrae & Couarr. sententiae: Non enim sunt contrarij Pius V. & Greg. XIII. in praedict. suis concessionibus nec hoc vllō modo dicendum est, quia diuersae sunt. Prima enim Pij V. loquitur in absolute ad censuram ad reuincendam, quoad effectum consequendi iubileum duntaxat, vt praediximus non semel. Secunda autem Gregor. XIII. quoad absolutionem in totum virtute Bullae Cruciatæ faciendam, vt ipsa tantum proficit in foro interiori etiam satisfacta parte, non vero in exteriori, nisi consequuta absolutione sui iudicis excommunicatoris. * Praedicta incaute legit Emanuel Roder. in explicacione Bullae Cruciatæ, §. 9. n. 55. vers. ultimo, & iterum in summa 1. tom. cap. 33. vers. 9. siquidem nobis falso imponit hic tenere, absolutionem excommunicationis virtute Bullae Cruciatæ satisfacta parte impensam non prodesset in foro exteriori, stante dict. motu proprio Pij V. sine licentia iudicis qui excommunicauit: cuius contrarium ipse ibi probat ex litera d. motus proprii, ibi, Nisi satis fecerint, dicens: nos huic literae insufficienter respondere, aliterque eam intelligere quam sonet. In primis namque dico, me expresse tenuisse hic, prodesset praed. absolutionem satisfacta parte, quoad forum etiam contentiofo, vt patet expresse ex supradictis, n. 18. & 19. Contendimus tamen hoc tantum procedere quoad effectum consequendi iubileum: sed eo consequuto, statim reuincidi excommunicationem eandem, ampliusque non gaudere sic absolutum praed. absolutione: quod ad finem declarauit dictus motus proprius, ibi, Quinimo eos in illas postmodum reuocasse, & in futurum reuocare, &c. qua in parte non excipit, quando parti sit satisfactio, sicut supra excepit, quoad effectum iubileum consequendi: Ergo in vtroq; casu praedicti consequuto iubileo, scilicet satisfacta parte vel non satisfacta, reuincitur excommunicatio prior. Hoc autem non gustauit Emanuel, nec eius meminit, nec quicquam de reuincendi ibi locutus est. Mea igitur intelligentia literalis est. Debit ergo religiosus religiose loqui, & omnia integre referre, cunctaque rimari priusquam iudicaret. Quare teneo nihilominus meam priorem sententiam, vt verissimam salua in omnibus declaratione Sedis Apostolicae & correctione sanctae matris Ecclesiae, cui me subiiicio.

S V M M A R I V M.

- 1 An virtute Bullae Cruciatæ absolui possit quis ab irregularitate contraharatione peccati? & n. seqq.
- 2 Absolutio ab irregularitate ratione peccati contrahata, est reueruata summō Pontifici.
- 3 In generali concessione absoluenti a quibusvis peccatis, censuris & penis, non continetur absolutio vel dispensatio ab irregularitate.
- 4 Aliud est absoluerē, aliud est dispensare.
- 5 Qui in foro conscientiae potest absoluerē, dispensare non potest.
- 6 Irregularitas duplex est: vna, qua in poenis peccati est imposta, altera, qua incurritur circa culpam: sed est

- alia species irregularitatis, quae ex homicidio, vel membri mutilatione contrahitur, ab dolum vel culpam a priori absolui potest virtute Bullae Cruciatæ: a posterioribus minime.
- 7 Absolutio ab irregularitate contraharatione peccati, quae virtute Bullae Cruciatæ fieri potest, procedit tantum in foro interiori: secus in exteriori.
- 8 Episcopus potest dispensare in irregularitate oculi.
- 9 Secus si sit publica vel deducta in iudicio.
- 10 Casus hic contentum n. 6. practicus.

C A P V T III.

An virtute Bullae Cruciatæ absolui possit quis ab irregularitate?

Inignis occurrit quaestio; An virtute Bullae Cruciatæ possit quis absolui ab irregularitate contrahata ratione peccati: nempe, vt si quis excommunicatus celebrat, vt in tit. de cler. excommun. missi. vel si excommunicatus ordines suscipiat, vt in c. 1. de his qui sunt ord. si scilicet. vel ab Episcopo excommunicato, vt in c. gratia, & in c. statimimus, l. 9. 1. & propter alia complura peccata? Et quod non possit, probatur. Primo, quoniam tunc absolutio vel dispensatio super huiusmodi irregularitate est reueruata Summo Pontifici, ita quod alius praeter ipsum, vel cui ipse specialiter id commiserit, ab ea absoluerē vel dispensare minime possit, vt probat tex. in c. 1. in final. verbis de sent. excomm. l. 6. & in c. 1. vers. ceterum, de sententia & re iudic. gl. & Doct. in c. 3. in verb. moniti, & in c. latores, gl. final. de cler. excommun. missi. l. 5. tit. 5. parti. 1. in vers. E auu mas, &c. Nec Episcopus potest super ea dispensare praecipue si deducta sit in iudicio, quia tantum in occultis id potest, vt in decreto de reform. Concil. Trident. sessio. 24. c. 6. Cum ergo hoc in bulla expresse non concedatur, sed tantum quod confessarius electus possit absoluerē penitentem ab omnibus peccatis suis, penis & censuris Ecclesiasticis, etiam reueruatis sedi Apostolicae, & quotannis legi solitis in Bulla Cenae Domini consequens est, vt ab huiusmodi irregularitate absoluerē non possit praed. confessarius.

Praemaxime, quia in generali concessione + absoluenti a quibusvis peccatis, censuris & penis, non continetur absolutio vel dispensatio ab irregularitate, vt tenent Dominicus & Alexander. per illam tex. in c. minor, 50. dist. Villadieg. in tract. de irreg. col. 43. in fine, vbi loquitur in potestate, quae per Bullas Papae datur ad absoluentium, quem refert & sequitur Nauar. in Manual. Latin. c. 27. n. 194. & latius probat ibidem n. 250. addens hunc etiam esse styllum Curiae, vt per praefatam facultatem in Bullis concessam dispensandi a quibusvis votis, & absoluenti a quibuslibet censuris, non censetur concessa facultas dispensandi ab irregularitate, nisi exprimat. * Idem Nau. nouissime consil. 18. n. 2. de symon. * Solent Papa excipere illa, quae ex bigamia & homicidio nascuntur: ergo hoc non expresse, virtute praefatae clausulae dispensari non poterit super irregularitate. Secundo; hec eadem pars probatur, quia tunc aliud est absoluerē, aliud dispensare, vt docet Borgal. de irregul. 6. par. tit. de sibi finat. n. 19. adeo, vt qui tunc in foro conscientiae potest absoluerē, dispensare non possit, secundum eundem Borgal. d. 6. par. tit. de ferit. leg. n. 11. Ergo cum super irregularitate non cadat absolutio, sed sola dispensatio, eaque reueruata sit Papae, nec vigore dict. Bullae liceat dispensare, sed tantum absoluerē a peccatis & censuris: & irregularitas non sit censura, sed poena, consequitur, vt ab irregularitate dispensare non liceat: & in terminis ita tenet Nauar. vbi supra praecipue d. n. 250. dicens, quod cum nullo irregulari dispensare potest confessarius electus per Bullam Papae, quae habet clausulam absoluenti a qualibet censura: & consil. 66. num. 1. de sentent. excommunic. lib. 5. Idem ante eum tenuit D. Soto lib. 5. de

C 4

instituta & iure, quæst. 1. art. 4. col. final. in vers. ex his, ibi, quæporper. & Ledesinus in secundam quarti libri, qu. 26. art. 2. in tract. de irreg. in 4. regul. fol. 63. & cum opin. Nauar. ubi sup. dicens esse etiam Canonistarum, transire videtur F. Ludovic. Lopez in suo instructor. conscient. 2. p. art. c. 92. col. 72. 4.

Nihilominus supradictis non obstantibus, contraria sententia in terminis de quibus agimus, nempe in irregularitate ratione peccati sacrilegij contracta, vt in exemplis supra dictis, et sic similibus, vt virtute Bullæ Cruciatæ in verbis supra relatis, etiam si non dicitur in ea, quod possit absolueri confessarius à pena, sed tantum ab omnibus peccatis & censuris Ecclesiasticis, etiam referuatis, & c. vt à præd. irregularitate absolueri possit, mihi semper vetior visa est tenenda, sicut & aliis doctissimis viris Theologis, cum quibus rem hanc contuli. Et hoc primo, quoniam duplex est irregularitas, vna t̄ nempe qua in penam peccati est imposita, vt in casibus supradictis, & hæc proprie dicitur effectus censuræ, quoniam à censura originem suam ducit, nempe ab excommunicatione vel suspensione, in qua erat, qui ob exercitium vel receptionem ordinis efficiunt irregularitas, vel propter excommunicationem Episcopi ordinatis, quare merito, vt hoc casu in Bulla Cruciatæ, qua confertur confessoria facultas absoluedi ab omni censura Ecclesiastica, illo nomine includitur irregularitas ratione prædicti peccati contracta.

Altera est irregularitas, qua incurritur citra culpam, vt propter bigamiam vel effusionem sanguinis, etiam licitam, vt cum iudex iuste suspendere facit reum, vel aduocatus eum accusat, vel procurator contra eum sollicitat, testis verum testimonium fert, ex quibus mors sequitur, vel propter orbitatem membri, aut fecditatem corporis: & hæc non est censura, ideoque merito sub illo nomine non continebitur in Bulla Cruciatæ, atque proinde ab ea confessarius absolueri, nec dispensari poterit, quantumcunque eidem facultas concedatur absoluedi à quibuscunque peccatis, penis & censuris; cum hæc irregularitas, nec fit pena, nec censura Ecclesiastica, nec etiam culpa, sed inhabilitas quædam. Quare non est opus absoluteione, sed habilitate, quæ nomine absoluteionis non intelligitur. Idemque erit in alia specie irregularitatis, quæ ex homicidio vel membri mutilatione contrahitur dolo vel culpa, quæ impedit sacros ordines recipere propter defectum perfectæ leuitatis, quæ inordinando requiritur propter indecentiam, quæ est in effundente sanguinem ad sacrum ministerium; Hæc enim irregularitas sine dubio etiam non comprehenditur in d. facultate absoluedi à peccatis & censuris; quæuis enim à culpa & peccato hoc casu delinquens penitens absolui possit virtute d. Bullæ Cruciatæ cum satisfactione debita, habilitari tamen minime potest ad ordines suscipiendos sine Papali dispensatione: itaque in his duabus speciebus posterioribus irregularitatis, præter primam, minime dubiū est, confessarium non posse absolueri nec dispensare cum penitente super præd. irregularitate, quæ circa culpam, vel cū ea, propter defectum perfectæ leuitatis contrahitur: in priori autem specie irregularitatis, quæ ratione peccati & sacrilegij contrahitur, quia procedit à censura, verior efficitur præfata sententia affirmatiua, vt ab ea absolueri possit confessarius virtute Bullæ Cruciatæ, per supradicta: ex quibus remanet satisfactum fundamentis prioris partis, quæ vetæ in posterioribus præfatis speciebus irregularitatis concludunt, in quibus non etiam idem probamus, nempe in eis confessarium minime dispensare posse virtute Bullæ Cruciatæ: scus in priori, de qua est nostra principalis questio. Non etiam obest, quod super irregularitate non cadit absoluteio, sed dispensatio, quæ minime conceditur confessorio in præd. Bulla. Nam respondeo,

quod suspensio vel irregularitas ratione peccati contracta tollitur quibuscunque verbis, & sic confessarius virtute Bullæ debet ab ea absolueri, vt tenet, F. Barrol. à Medina in sua summa, instructio de confessores vulgo dicta, l. 2. c. 12. in forma absoluteionis ab irregulari. fol. 305. col. 2.

Et ita hanc partem in terminis nostræ questionis tenet & probat Domin. Soto in 4. sententiarum, distict. 22. q. 3. artic. 1. pag. 965. col. 2. & Medina ubi sup. l. 1. §. 9. fol. 50. idem Medina 2. 2. qu. 69. art. 4. & Ant. à Corduba lib. 5. questionarij in tit. de indulgent. qu. 43. in 4. dubio: & in sua summa De casus de conscientia, qu. 28. ad fin. vbi tamen dicit, securus esse occurrere ad ordinariū, qui potest eum absolueri: intellige si est occultus irregularis, alias scus, vt in decret. de reforma. sancti Concil. Trid. sessio. 24. c. 6. vbi excipitur irregularitas, quæ oritur ex homicidio voluntario, & deducit ad forum contentiosum Post huius operis primam editionem hanc opinionem probabilē fatetur nobiscum Emanuel Roder in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 9. n. 64. eamque probatur magistri Victoris, Cano, & Bannes, vt nouissime nos hic citans refert Henricus in summa Theolog. mor. lib. 7. de indulg. c. 13. n. 6. in prin. vbi licet dicat falsam, tandem in vers. quæ sententia, affirmat quod ea ob auctoritatem grauium Doctorum, & probabiles rationes, admittenda esset in praxi, vt probabilis, si vrgente casu non esset facilis recursus ad Episcopum aut Nuntium pro dispensatione. At vero hæc vltima adiectio illius auctoris propria est, non vero nostra, nec eorum qui hanc partem tenent. Quinimo si nostra sententia tenenda est in praxi vt probabilis, ob auctoritatem grauium Doct. adiectio præd. superflua est, & non veta, etiam si confessarius virtute Bullæ Cruciatæ absolueri non posset à præd. irregularitate, prout Henricus existimabat difficilis recursus ad superiorem, iurisdictionē non conturbaret aut facultatem dispensandi. Tenenda igitur est indistincte nostra præfata sententia, vt valde probabilis, tantum ob vitæ asserctione & iudicio probata, tamen nouissime D. Sahagum in c. et clerici, §. de adulteris, n. 12. cum seqq. de iudicio, opinionem contrariam cum Nauarro & sequacibus probet ex eo, quod irregularitas non fit proprie censura, quærenis, de verb. signif. Sed hoc non obstat, quia hæc irregularitas est effectus censuræ, quoniam à censura originem suam ducit vt prædiximus.

Nec idem Soto contrarium in hac specie probauit in l. de iustitia & iure, loco supra citato: nam recte inspectus loquitur in irregularitate secunde speciei, de qua supra mentionē fecimus, nempe illa, quæ citra culpā contrahitur propter indecentiam ad sacrorum administrationem, vt constat ex verbis proximè præcedentibus eiusdem: in qua specie nos quoque supra probauimus, & Corduba ubi sup. non posse confessarium absolueri penitentem virtute Bullæ Cruciatæ à præd. irregularitate cum non sit censura, sed inhabilitas quædam & indecentia. Superest igitur, vt præfatus auctor non sit sibi contrarius: nam in dict. 1. loco tenuit & retulit vñū membrum tantum distinctionis, quam fecit in dict. 1. loco lib. 4. alterum vero nostræ questionis conueniens non expressit, vnde circa illud recurrendum est ad eundem in d. lib. 4. distict. 22. qu. 3. art. 1. vbi nostram sententiam expresse probauit, Nauar. autem supra in contrarium allegatus in sua generalitate nostræ sententiæ repugnat, attamen eius fundamenta, vix prædixi, tantum concludunt in secunda specie irregularitatis supradictæ, in qua nos idem, quod ipse, probamus.

Superiora tamen t̄ recte procedunt atque concludunt in foro penitentiali, in quo facultas absoluedi per Bullam confessariis concessa tantum videtur, tam à peccatis, quam à censuris, cum ipsa confessorio loquatur, vt supra late resolimus, cap. præced. at vero in foro exteriori

riori verius videtur, vt confessarius virtute Bullæ Cruciatæ vel alterius priuilegij Apostolici (nisi in eo exprimat, quod in vtroque foro absolueri vel dispensare possit confessarius ab huiusmodi irregularitate) non possit ab ea absolueri nec dispensari, nisi tantum in foro interiori, per supradicta, quæuis nullus, quem viderim, hoc tangat, et tamen iuri, rationique consentaneū, tum ex supradictis, tum etiam, quia licet in absoluteione ab excommunicatione, attenda d. noua constitutio ne Pij V. satisfacta parte aliud prædixerimus, illam nēpe valere atque effectum suum operari in vtroque foro, illud tamen verum est quoad effectum consequendi inbilem duntaxat, non vero in totum, & præterea irregularitas, de qua agimus, licet proneniat ex censura, habet quiddam plus in foro exteriori delendum, nempe impedimentum canonicum, quo ligatus est Clericus in eodem foro, vt celebrare minime possit, quod non tollitur absoluteione, sed dispensatione & habilitatione, & ita Ecclesia in foro exteriori nunquam introduxit formam absoluedi ab irregularitate, sed dispensandi: dispensatio autem huiusmodi non conceditur in Bulla confessario, sed absoluteio: ergo, & c. Et licet quoad forum interius hæc irregularitas, de qua agimus, tollatur quibuscunque verbis, siue dicat Sacerdos, absoluo, vel dispenso, attamen respectu præfati impedimenti canonici irregularitas in foro exteriori tolli non potest, nisi per expressam dispensationem, habilitationem atque restitutionem ad exercitium ordinum: hæc autē facultatem confessarium non habet, ergo, & c. à censuris autē habet facultatem absoluedi satisfacta parte, ideo merito, vt absoluteio ab eisdem censuris virtute Bullæ tantum in foro interiori possit, & virtute iubilei, attenda dicta constitutio generali, & perpetua Pij V. in vtroque foro valeat & teneat, quoad effectum tantum consequendi inbilem ad reinsidentiam, vt c. præced. resolutimus: quo fit, vt si hæc irregularitas, de qua agimus sit occulta, Episcopus possit in ea dispensare, vt cauetur in supra allegato Concilij Tridentini decreto. Idem & confessarius virtute Bullæ Cruciatæ, in foro tantum contentiæ, si sede Episcopali vacante huius Episcopatus Ciuitatis. Contigit enim, quod quidam Sacerdos, quem pro quibusdam criminibus atque excessibus derentum habebam in palatio Episcopali, & cui præceperam sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, & aliis pecuniariis, ne ab ea captura diceretur, fracto carcere penitentiæ prætextu aufugit, & in fuga publicè celebravit: postea captus & in carcerē redactus, atque à præd. irregularitate, eo quod excommunicatus celebrasset, accusatus à præmotore fiscali, petebat, vt punitione condigna præcedente, eum absoluerem à præd. irregularitate. Respondi me id non posse, quandoquidem & publica, & in iudicio deducta erat præd. irregularitas iuxta D. decret. Concilij Trid. In stabat autem ipse fretus iudicio grauium Theologorum affirmantium contrarium, eo quod decretum Concilij præcitatum intelligendum esse assereret in duobus casibus à se exceptis, ante satisfactionem & punitionem delicti: at vero ipsa præcedente credebant, me posse dispensare in præfata irre-

gularitate: nihilominus eis semper iure restiti, dicens: nullo modo me posse dispensare super præfata irregularitate publica, & in iudicio deducta, quæuis delictum possem punire: tum quia Concilium quindam de prohibet Episcopo eam dispensationem irregularitatis publicæ & in iudicio deductæ, nec excipit aut permittit punitione facta: tum quia iure cōmuni referuata sit Summo Pontifici, vt supra est dictū: nec ab hac sententia potui vnquam flecti aut diuertere, vt pote me iudicio verisima. Tandem re delata ad Nuntium Hispaniarum, mihi causam remisit, committens ac mandans virtute facultatis Apostolicæ, quā ad hoc sufficienter se habere affirmavit, vt sine præiudicio accusationis præfate, ac imposita eidem clerico suspensione ab exercitio suorum ordinum per aliquod temporis spatium, & aliis penis pro modo culpæ, eo quod excommunicatus celebrasset, arbitrio meo moderandis, cum eo dispensarem super præd. irregularitate, atque ad exercitium suorum ordinū habilitatem, ac super retentione etiā sui beneficij dispensarem: & ita executus fui, vtrens in impositione penarū potius misericordia quā rigore, ex iustis causis meū animū mouentibus, siquæ mea sententia præualuit atque vera apparuit aduersus tenentes contrarium. Lams Dec.

S V M M A R I V M.

1. Vfus forensis apud tribunalia Ecclesiastica receptissimus est, vt iudices præcepta iudicialia decernant sub pena excommunicationis lata sententia, vt quis ad iudicium accedat vel aliquid aliud agat intra certum terminum: hoc tamen videtur contra ius, vt in num. 3. & seq. sed defenditur num. 8. & seq.
2. Sententia excommunicationis pro futuris culpis non est in quenquam infligenda.
3. Sententia excommunicationis lata, non præcedente trina monitione, non est nulla, sed iniusta.
4. Excommunicatio generalis potest in hunc modum ferri: Quisquis furium fecerit, sicut excommunicatus.
5. Generalis excommunicatio à canone vel statuto ferri potest, tam pro præteritis, quam pro futuris culpis.
6. Statuta condere est iurisdictionis.
7. Cap. Romana, §. caueant, de sententia excommunic. lib. 6. interpretatur.
8. Cap. a nobis, el. 1. de sent. excommunicat. intellectus.
9. Sententia excommunicationis generalis ferri potest ab homine in eoque tale crimen commiserint, quorū illud in aliqua vrbe, oppido vel prouincia ita frequens sit, vt merito pro quiete & securitate, ac bono regimine Republicæ generalis monitio atque animaduersio requiratur.
10. Idem erit, quorū ob præcedentem causā cognitionem vel aliud, iudex futuram contumaciam coniectura verosimili præsumit, vt in exemplo hic ficto.
11. Vfus forensis supradictus admittendus hodie videtur propter frequentissimam huius temporis, quoad iudiciales citationes contumaciam, modo causæ & non temere ea iudices vtuntur.
12. Hinc est, vt eadem praxis introduxerit, vt semper causa vel specialis, vel generalis in præd. sent. exprimat.
13. Consuetudine inueterata introductus est præd. vsus forensis, qua non est dubium derogari posse d. §. caueant.
14. Consuetudine tolli potest solemnitas c. 1. de sent. excom. l. 6. qua habet, vt sententia excomm. in scriptis feratur.
15. Consensus excommunicandi satis rationabilis causa est, vt in an. factio termino solutionis debiti, excommunicari possit.
16. Consensient personaliter constitutioni pensionis sub solitis censuris & penis, potest excommunicari à iudice competente ea conditione, si pensionem die constituto non soluerit, etiamsi ipsi litera pensionis inimate non fuerint.
17. Clausula; Si senseris te grauatum, comparat responsurus, iustificat excommunicationem: nam si reus compareat, resoluitur in simplicem citationem.

- 19 Excommunicari quis potest ea conditione, si intra certum terminum non satisfecerit huiusmodi tamen sententia, appellatione medio tempore interposita, suspenditur.
- 20 Quod procedat, etiam si in sententia excommunicationis dicatur, nisi satisfecerit creditori intra mensem, ex tunc excommunicatus sit.
- 21 Adverbiu, Ex nunc, licet sit presentis temporis, futurum tamen denotat effectum.
- 22 In hac sententia excommunicationis conditionalis, adueniente die vel conditione, ipsa excommunicatio statim locum habet absque aliqua denuntiatione.
- 23 Excommunicatio praedicta non retrahitur ad diem pronuntiationis.
- 24 Appellatio medio tempore interposita suspendit excommunicationem latam in praedicto casu.
- 25 Appellatio praedicta casu satis est, quod interponatur ante conditionem vel diei eventum, etiam post lapsum decem dierum auctorum ad appellandum alias regulariter.
- 26 Appellatio praedicta non suspendit excommunicationem, quoties debitor ab initio consensit, ut post dies vel conditionis aduentum possit excommunicari, si non solveret.
- 27 Appellatio ex causa probabili intra terminum executionis vel monitorij interposita, suspendit effectum eorundem.
- 28 Possessio beneficii, virtute executionis contra possessorem decretum, non est capienda inuito nec renente possessore, (quamvis aliam possit propria auctoritate capere) aliter capta possessio iure attentata reuocatur iuxta stylum & praxin Romanae curiae, & n. 29. casus practicus in vna Archidiaconatus Sabugal. Cuius athen. refertur.
- 30 Monitio generalis sufficit ad excommunicationem generalem ferendam: hoc tamen fallit, ubi excommunicatio ferenda est aduersus participantes cum excommunicato, quia tunc necessaria est monitio specialis nominatum eorum, qui monendi sunt, nec generalis sufficit, alias erit nulla ipso iure, ut in n. 31. quod intelligendum est, quoties quis excommunicat participantes cum excommunicato a se ipso: secus si cum excommunicato ab alio vel a iure, ut in num. 32.
- 32 Praxis recepta, ut generalis excommunicatio feratur aduersus participantes cum excommunicato generalis monitione praemissa aduersus ius Canon. nihilominus tamen nisi feratur specialis, ut est praedictum, non ligat.
- 33 Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, est timenda.
- 34 Excommunicatus iniuste, respectu causae, non est priuatus communib. & generalib. suffragiis Ecclesiae Catholicae.
- 35 Sententia excommunicationis iniusta ex defectu notabili ordinis iuris, ligat in viroque foro.
- 36 Sententia excommunicationis nulla non est timenda, nullitatis causa publica.
- 37 Excommunicatio nulla, nec in anima iudicio, nec in exteriori vllum effectum habet, si constat eam esse nullam: quomodo autem non sit seruanda, docetur, num. 8.
- 40 Excommunicationis nullitas quib. ex causis contingat.
- 41 Nullitas excommunicationis si sapientibus nota sit, vultus autem ignorat, potest excommunicatus coram illis sapientibus eam non seruare: in publico vero eam seruare debet, quousque scandalum rationaliter sedauerit.
- 42 Quare si quis publice excommunicetur & nulliter denuntietur, ex aduerso publice ipse sufficienter causam nullitatis ad euitandum scandalum, quo facta, si aliquos tunc scandalizetur, non erit scandalum pusillorum, sed Pharisaeorum.
- 43 Praxis excommunicandi nominatim participantes cum excommunicato, ut iudiciali sit.

CAPVT IV.

Quo iure procedat communis praxis, qua iudices Ecclesiastici praecipua iudicialia sub poena excommunicationis pro futuris culpis solent decernere.

Vsus Forensis + apud Ecclesiastica tribunalia receptissimus est, ut iudices praedicta iudicialia decernant, praeterint ea, quae in die destinantur, ut quis ad iudicium accedat vel aliquid aliud agat intra quindecim dies (aliumue terminum) quos pro canonica monitione tripartitos designant, sub poena excommunicationis maioris ipso facto statim ex die praedicti incurrere, si illud agere omiserint. Verum haec praxis vniuersalis plurimum iuris Pontificij sanctioni aduersari videtur. Innocentius enim IV. Concilio Lugdunensi, cap. Romana, §. caueant, de sententia excommunicationis, lib. 6. Caueant, inquit, (loquens in iudicibus Ecclesiasticis) ne tales sententias excommunicationis, siue specialiter, siue generaliter, in aliquos pro futuris culpis, vide licet, si tale quid fecerint, vel etiam pro iam commissis sub hac forma: si de illis intra tale tempus minime satisfecerint, proferre praesentem nisi mora in exhibenda satisfactione vel culpa seu offensa praecesserit, quib. merito ad inuigendam satisfactionem huiusmodi, & saltem prohibenda similia inducantur. Ex quo tex. manifeste deducitur, prout ibi communiter & alibi Doct. probant, pro futuris culpis minime debere sententiam excommunicationis in quenquam infligi, cum tanta censura, tamque grauis afflictio praesentem culpam exigat. Nam licet possit ab initio vnica monitio tribus distincta dilationibus pro trina solemniori monitione assignari, ut in cap. consultationem, de sent. excommunicationis, l. 6. in vers. statim, ibi, siue vna pro omnibus, vbi gloss. communiter recepta secundum Couar. in cap. alma mater, 1. part. §. 9. num. 5. eodem titul. & lib.

Attamen, quod tibi initio & principio praedicti statim sub conditione futurae offensa atque contumaciae excommunicatio, prout ex nunc, feratur & pronuntietur, iniquum prorsus atque ab omni iudiciali ratione, alienum videtur. Quare merito Petrus Anch. conf. 60. licet in speciei huius praxis non meminerit, illam tamen abhorret, quia improbat sententiam excommunicationis iuxta eam latam a iudice, & esse contra d. §. caueant, expresse affirmant DD. c. 2. de testib. cogen. praecipue Ant. de But. Imol. Abb. & Fel. quamvis Panorm. ibi eam defendere conetur. Vnde Romanus in l. si quis accepto, ff. de condit. ob. caus. dixit, quod si iudex absolute a sententia excommunicationis vel banni, eo addito; quod si vnquam absolutus talia de nouo attentauerit, in eadem poenas reuincatur, talis adiectio non valet, per d. §. caueant, quia talia praedicta debent sequi culpam, non vtro praecedere, & in terminis praed. praxis, quod talis comminatio sub poena excommunicationis sit nulla, tenet lo. de Anania c. 1. de sagit. col. penult. in vers. Ex praedictis: verius tamen est, non esse nullam, sed iniustam, quia sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est, ut in c. sententia pastoris, l. 1. q. 3. & interminis ita tenet Ancha vbi sup. l. 10. And. ante n. 1. Dominicus, n. 3. in d. §. caueant, & sententi Doct. c. a nobis, elect. 1. de sentent. excommunicat. & tenent omnes in dict. §. caueant, secundum Fel. in dict. cap. 2. nu. 1. de testib. cogen. sequitur D. Couar. in dict. cap. alma mater, in 1. parte relect. §. 10. n. 5. vers. & sane. Sic & etiam sententia excommunicationis lata, non praecedente trina monitione, non est nulla, sed iniusta, tex. in d. cap. Romana, §. porro, in vers. sed nec, de sent. excommunicat. lib. 6. ibi, iniustus nouerit esse illas: vbi gl. verb. iniustus, hoc expressim tenet, quam ibi Doct. sequuntur, & etiam in c. sacro, verb. probari possit, de sentent. excommunicat. & in c. 1. de excess. prelat. dicit communem Couar. vbi sup. §. 9. & Nau. in c. cum contingat, pag. 114. de rescript. Dom. Soto. in 4. dist. 22. qu. 1. ar. 2. col. 3.

Si ergo huiusmodi praedicta, non t praecedente mora sunt iniusta, quo iure procedat praefata praxis vsu frequentissima, de qua sup. nihil enim praestat, si eam probari contendas in c. 2. de cons. in 6. & in dict. cap. a nobis, elect. 1.

et, 1. de senen. excommunicat. in Decret. Vbi probatur, excommunicationem generalem posse in hunc modum ferri: Quisquis forum fecerit, sit excommunicatus: nam iura haec procedunt in excommunicatione lata a canone, vel statuto, quae mature profertur: lex enim semper monet, delictum non t admitti, potestque respicere futura & frequentissime id facit: deo tam pro futuris, quam praeteritis culpis profertur potest generalis excommunicatio a canone vel statuto: tex. vero in d. §. caueant, loquitur in sententia excommunicationis pro futuris culpis vel satisfactione, lata ab homine, ad quem tractus futuri temporis non spectat, ut in l. non quemadmodum, ff. de iudic. & in l. 1. ff. de off. iud. gl. in d. §. caueant, verb. futuris, ad fin. quam ibi sequuntur Doct. praecipue Io. And. item & Ioan. Monachus n. 4. lal. in l. s. vnus §. pactus ne perteret, in prin. ff. de past. Nau. in Manual Latin. c. 27. m. 9. Cou. vbi sup. §. 9. n. 5. vers. trina vero, & testatur communem idem in §. 10. n. 1. Quo conciliatio inter praed. iura, est mire conueniat litera c. 2. de cons. vtilissimaque in se sit atque tenenda: attamen ad tex. in dict. c. a nobis, elect. 1. vera non est, quia expresse loquitur in excommunicatione ab homine lata pro futuris culpis, ut probant illa verba, Si quis ita pronuntiauerit; loquitur etiam in iudice t delegato, qui statuere minime potest: cum statuta condere sit iurisdictionis, Bart. in l. omnes po. u. l. nu. 3. ff. de iustu. & iur. Tiraquel. de primogenit. quest. 16. num. 2. delegatus autem iurisdictionem propriam non habet, sed in causa sibi commissa delegantis iurisdictione vtitur, l. 1. §. qui mandatum, ff. de off. eiu. cui mandat. est iurisdic. formamque mandati tenetur obseruare: text. in c. cum dilectis, de rescript. l. diligenter ff. mand. quare tex. in d. c. a nobis, intelligi debet ac declarari per d. §. caueant, nempe, vel sententia excommunicationis ab homine pro futuris culpis profertur non debeat, nisi ex causis, de quibus in d. §. caueant, ut statim referemus, sustinendo praxin communem de qua supra.

His tamen non obstantibus, praxis & vsus forensis supra dictus, qui communis est omnibus tribunaliis Ecclesiasticis, defendi iure potest, si verba tex. in d. §. caueant, ad amissum perpendamus. Duo enim praedicta cum singulari specialibus fallentibus, & altera vtrique praedicta communi ibi constituantur. Primum est huiusmodi: Caueant iudices, ne sententias excommunicationis siue specialiter siue generaliter, in aliquos pro futuris culpis profertur nisi culpa vel offensa praecesserit (haec est prima fallentia, secundo loco posita in illo text. quae tamen primo praedicta conuenit) tunc enim propter culpam vel offensam, quae praecessit casum, potest in futurum excommunicatio a iudice profertur, ne amplius illa culpa vel offensa committatur, ut existimant ibi verb. culpa, & verb. offensa. Secundum praedictum ita se habet: Caueant etiam, ne pro praeteritis culpis praedictas sententias excommunicationis in aliquos profertur sub ea conditione ac forma, si de illis intra certum tempus minime satisfecerint nisi (& haec est 1. exceptio siue fallentia posita in textu) mora in exhibenda satisfactione praecesserit. Tertia vtrique praedicta communis limitatio est, nisi alia rationabilis causa subsit, quae in ipsis sententiis exprimitur praecipitur. Hoc sic praehabito, praxis nostra atque vsus forensis in praedictis exceptionibus nititur atque robur suum ab illis recipit: etenim si praedictae culpa vel offensa ab eum, vel mora satisfactionem, possunt iudices similes sententias excommunicationis speciales vel generales in aliquos proferre, vt ibidem probatur iuxta verba illius text. praed. modo declarata, hoc ipsum est, quod praedicti vultur: nam ob culpam vel offensam committam aut mora praecedente cauere solent sub praed. poena excommunicationis latae vel ferendae, vt aliquis ad iudicium personaliter accedat vel aliquid aliud agat. Secundo hoc magis perspicuum efficitur, si alio modo consideremus sententiam atque intel-

ligentiam verborum, d. §. caueant, nempe ibi esse praedictum, ne iudices Ecclesiastici incipiant ab excommunicatione latae sententiae conditionaliter, nempe excommunico Petrum Martinum, vel Ioannem, vel etiam omnes, si quid tale fecerint, vel si non satisfecerint parti a se iam lesit intra tale tempus: hoc enim merito iure est prohibendum, quia cum sententia excommunicationis profertur non possit, nisi pro culpa mortali & contumacia, vt infra latius agemus c. 7. de agitur. iur. merito vt mora vel contumacia non praecedente, iudices praedicta forma prolacionis vti non possint. Praeterea cum a iure quoque civilis prohibuitur sit, ne ab executione incipiatur, vt in l. si cum nullo ff. de iud. l. 1. c. de excus. re iudic. sed ita demum praedicta forma vtrantur, si culpa vel offensa aut mora in exhibenda satisfactione praecesserit, hoc est incipiendo non ab executione conditionaliter, vt praediximus, sed a dispositione, nempe, quod prius praecipiant Petrus Martino vel Ioanni, vel omnibus, ne quid tale faciant, vel vt intra certum tempus coram se compareant, satis faciant parti laesae, vel aliquid aliud faciant, vel non faciant, sub poena excommunicationis latae vel ferendae sententiae, si contrarium fecerit: Haec enim forma conceptionis verborum (hoc est) contumacia & offensa, d. est, exceptum iudicis a parte habitus, & mora satisfactionis praedicti sententiam excommunicationis, vnde constat, quod mora ista vel culpa praecessit per monitionem contentam in praedicta, sicquaxta praxin praefata adicitur vniamonitio pro tribus trina monitione dicitur constituta, quod fieri potest, vt probauimus.

Quod si haec omnia alio adiniculo indigeant, vt praxis communis firmius in iuris fundamentis radicata maneat, recurramus ad tertia limitationem generalem d. §. caueant, nempe quoties aliqua rationabilis causa subsistit facienda praedicta supra. quibus praedicti vtrantur: hocque t modo intelligendum est, quod videbatur alias contractus, in d. c. a nobis, elect. 1. de sentent. excommunicat. qui cum praecipue hoc non agatur, ad iudices praedicta forma excommunicandi vti possint, sed an ea generalis, nempe: Quisquis furum fecerit, excommunicatus sit: extendenda sit generaliter ab omnes, qui non sunt de iurisdictione proferentis: & respondet, quod hac sententia non nisi subditis sibi ligantur, nisi forte plus contulerit maior & largior auctoritas delegantis, merito praesupponendum est, praedicta excommunicationem generalem, de cuius requisitis pro sui iudificatione ibi non agitur, iuxta iuris regulas latam fuisse, id est, casibus a iure permixtis: Nam cum de vno queritur, cetera praesupponuntur habilia, vt in cap. 1. de aia. & qual. l. 6. sicque iura iuribus concordanda sunt, vt in l. vnica, C. de ineff. doct. & in cap. cum expediat, de elect. lib. 6.

Causa t autem iusta, ob quam praedicta excommunicationes generales ferri possunt, erit, quoties aliquod delictum in aliqua vice, oppido vel prouincia, ita freques sit, vt merito pro quiete & securitate ac bono Reipub. regimine generalis monitio atque animaduertio requiratur; tunc enim poterit sententia excommunicationis generaliter ferri ab homine, ad imitationem legis vel canonis, in eos, qui illud crimen commiserint: Nam cum moneantur ab ipso iudice, ne id committant, & nihilominus minime vereantur contumaci animo scelus ita veritum perpetrare, iuste excommunicantur, donec satisfactione praemissa absolutionem ab Ecclesia humiliter postulauerint. Idemque dici potest, quotiescuque aliquod crimen verosimiliter coniecturis committi timetur, tunc enim ad illud obuiandum caute generalis ab homine ferretur excommunicatio in eos, qui id delictum commiserint: sicut in vsu forensi & praxi inductum est quod istae excommunicationes generaliter ab homine proferantur pro futuris culpis, vt docet Dn. Couar. ruius in dict. cap. Alma mater, prima parte relecto §. 10.

§. 10. num. 1. in versicul. causa vero, ex cuius dictis nollet fecundus intellectus ad d. §. caueant iam supra assignatus, quamvis nouus, comprobati poterit. Hinc forte exiit praxis etiam hodie dicitur discernendi iudices Ecclesiasticos chartas, vulgo dictas Dede communi. Latine monitorias, pro reb. furto substractis, quoties nescitur, qui eas furatus fuerit, de quibus infra alio c. agemus.

11 Similiter + iusta causa in proposito sententiam excommunicationis specialem pro futuris culpis profertur illi admitti potest, vel ex eo, quod ob praecedentem causae cognitionem vel aliud, iudex futuram contumaciam coniectura verosimili praesumat; vel si vocatus ad iudicium, vel is, qui monendus est, ita procul distet a loco iudicii, quod maximis dilationibus & forsitan periculis locus foret, si separatim praemitterentur monitiones, ac deinde sententia excommunicationis pronuntiaretur, secundum Abb. in cap. de rebus cogend. quimmo, vt ait

12 Couar. ubi sup. num. 5. versic. ceterum, & propter frequentissimam + hinc temporibus, quoad iudiciales citationes contumaciam & mille tergiversationes, quib. hominum malitia quotidie crescens locum facit, admittenda videtur + probanda haec forensis consuetudo, modo caute, non temere ea iudices vtantur. Hinc est, vt eadem praxis introduxerit, vt semper causa, vel specialis vel generalis in praedictis sententiis exprimat nemp. que patet ca. a se saluar. de cetera informacion contra el hecho, o para ser informado del de cosas que conuenien al seruiicio de Dios nuestro Senor, vel ob aliam causam rei, de qua agitur, conuenientem.

14 Quod + si omnino aliquis certus de iusticia huius praxis esse velit, consideret, consuetudine inueterata ita introductum esse, quam non est dubium derogare posse tex. in d. §. caueant, quamvis ipse contrarius esset eidem praxi: siquidem & forma aut solemnitas statuta in c. 1. de sentent. excommuni. in §. vbi quod sententia + excommunicationis in scriptis feratur, tolli consuetudine forensi potest, secundum Aegidium Bellamer. de cetero. 243. & 339. Calliodor. de cetero. tit. de pension. num. 11. super regul. cancel. quos refert & sequitur in proposito nostro Couar. ubi sup. dist. versic. ceterum, ad fin. Ex superioribus igitur satis superque remanet probata atq; defensata praxis communis praefata.

16 Quibus addendum + duxi, consensum excommunicandi satis rationabilem causam esse, vt is, etiam factio termino solutioni debiti apposito, ea expressim pacto adiecta, vt si non soluerit intra illum terminum, consentit in ipsum statim ferri sententiam excommunicationis: in hoc etenim casu pro futura culpa absq; monitione poterit excommunicari, praesertim quia tempore praed. consensus terminum illum ad soluendum constitutum accepit pro canonica monitione, vt voluerunt gl. verb. promulgare & Io. And. in cap. P. & G. de off. deleg. & ibi Host. Imol. & Abb. sequitur alios allegas Couar. ubi sup. n. 4. ver. illud vero, per totum vbi secus esse existimat cum communi, quoties in praed. casu adijcerent, vt illo termino possit, si non soluerit excommunicari absq; illa monitione possit, quasi pactum illud iniurum sit & contrarium Canonis sanctionibus, quae ad visitationem publicam trinum canonicam monitionem exigunt prauiam ad iustitiam excommunicationis.

17 Ex quo + etiam defendi iure poterit stylus Romane curiae aduersus eum, qui personaliter consensit constitutioni pensionis sub solitis censuris & poenis: nam excommunicatur a Romano Pontifice vel ab eo, qui eius potestate ad hoc fungitur, ea conditione, si pensionem die constituto non soluerit; etiam si ipsi literae pensionis intimatae non fuerint, hoc enim fit ex consensu ipsius excommunicandi: scias si consensit per procuratorem, quia tunc ante intimationem non afficitur excommunicationis sententia, vt testatur Calliad. de cetero. de pension.

nibus, super regul. cancel. & 12. de rescript. quem refert & sequitur Nauar. in manual. Latin. c. 27. n. 72. in versic. d. d. decimo, & Couar. ubi sup. in d. c. alma mater, 1. part. relect. §. 10. n. 4. prope fin. in versic. sane, & iterum ibid. n. 7. in versic. quibus quidem, ubi allegat in hoc Gigant. de pension. quaestio. 94.

Vnus tamen + casus est, in quo etiam absq; aliqua causa profertur praecipuum suae monitorium poenale, scilicet, quando fuit iustificatum cum clauula: Si sentis te grauatam, compareas responsum, alias iudex excommunicat illum, nisi alterum horum fecerit, iuxta gl. sing. in cap. ex parte, cl. i. gl. fin. ad fi. de verb. signif. Nam si reus compareat, resoluitur in simplicem citationem, & ita communitur praecipuum pro causidico, quia perit dictum praecipuum reduci ad simplicem citationem, secund. Bar. in l. 1. c. de exsec. rei iud. & fuit adinuenta haec praxis pro faciliiori exitu iudiciorum, secund. Abb. in d. c. ex parte, & illam gl. sequitur flos allegans Palat. Rub. de benef. vacant. in curia §. 15. & hanc sententiam communis amplectitur practica secundum Aug. in §. c. urare, m. 10. In fin. de adlio. et q; magis communis secundum las. in l. nequiquam §. vbi decretum n. 6. ff. de off. proconsul. vbi Ioan. Oros. inquit hanc opinionem, & a curie Romanae consilio & Doctoribus approbatam esse, & plures referens eam sequitur Mexia in l. Regia Toloti, de los terminos, 1. fundament. 1. part. n. 1. & Rebuff. 1. tom. consil. in versic. de lit. obligat. art. 6. gloss. nu. 4. & Ant. Gabr. lib. 6. commun. opin. tit. de cetero. consil. Quare si iudex incipiat a praecipuo executioni, factio sine causa cognoscitur, quando in eo non est clausula iustificativa, est ipso iure nullum, & potest sperni, & quamvis citibus non compareat, per hoc non incidit in poenam praecipui, secundum Bart. ubi supra, & est magis communis conclusio secund. In etiam ubi supra, plures allegantem.

Deniq; ex + superioribus dubitari poterit de intellectu tex. in c. praeterea, de appellat. vbi permittitur posse quem excommunicari ea conditione, si intra viginti dies Sempromio non satisfecerit, aut quantu debuit ei non soluerit: quamvis huiusmodi sententia excommunicationis appellatione medio tempore interposita suspendatur, vt ibidem probatur. Ecce igitur ibi textum expressum, vbi pro futura culpa potest quis excommunicari conditionaliter: Si intra decem dies creditori suo non satisfecerit: quod expressim aduersari videtur omnib. quae supra dicta sunt, nisi eum intelligamus iuxta praecedentia, vel quod mora, trina canonica monitione praemissa, praecesserit in non satisfaciendo in ea specie: vel quia hoc diuinare videatur, quod hodie, vt sententia excommunicationis conditionalis in casu illius tex. sit iusta, debeat praecedere mora in exhibenda satisfactio, culpa vel offensae, vt in d. c. Romana, §. caueant, de sententia excommuni. l. 6. Nam per illum tex. supplerit atq; intelligi debet tex. in d. c. praeterea, de appellat. vt tenent ibi Abb. & ceteri: quod vt praediximus satis verificabitur, si iudex incipiat precipiendo debitori, vt intra nouē dies, aliumve terminum, quem ei assignat, trina canonica monitione praemissa, &c. Sempromio satisfaciatur vel debitum soluat, sub poena excommunicationis maioris latae sententiae: siq; intellectus tex. ille in d. c. praeterea, non differt a d. §. caueant, quimmo similes sunt haec iuris Pontificij responsiones. Verius tamen videtur intelligendus tex. in d. c. praeterea, quae aliqua suppletione, nemp. quod ideo ibi sententia excommunicationis conditionalis profertur potest absq; aliqua monitione: quia dies ibi appositus interpellat pro homine, vt declarat Lopus allegatione 62. incip. praelatus regularis; quem refert & sequitur Decius in proprio loco n. 2. vbi agit, an idem sit, quando non apponitur tempus certum, sed simpliciter quis excommunicatur, nisi satisfecerit Sempromio &c.

Verum

20 Verum + quia text. in d. cap. praeterea, optimus est in proposito, nonnulla obseruanda sunt circa illius praxin: & primo text. illius decisionem procedere non solum eo casu, quo loquitur, nemp. cum quis excommunicatur, suspenditur vel interdicatur simpliciter, si intra certum tempus creditori suo non satisfecerit: sed etiam si iudex dicat, Nisi satisfecerit creditori intra mensem, ex nunc excommunicatus suscipia per hoc non videtur excommunicatus a tempore sententiae, sed tunc demum post conditionem impletam: + quia licet aduertitur, Ex nunc, sit praesentis temporis, l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutel. & rat. dist. ab. futurum tamen denotat effectum, vt in terminis tenet Bald. in c. 1. n. 16. de mil. vofall. qui contum. est. sequitur Guid. Pap. de off. §. 88. & Dec. in d. c. praeterea, n. 10.

22 Secundo, + obseruandum est in hac sententia excommunicationis conditionalis, quod adueniente die vel conditione, ipsa excommunicatio statim locum habet absque aliqua denuntiatione, vt in c. licet, de sent. ex. lib. 6. gloss. DD. in c. spe, de appellat. idem in cap. vt super, de appell. l. 6. est communis secundum Dec. consil. 145. num. 5. Couar. in d. cap. alma mater, 1. part. §. 10. num. 6. versic. in hac autem.

23 Tertio, + obseruandum est in praemissa specie, quod adueniente die vel conditione, excommunicatio, quae ex tunc vires suas obtinet, non vero antea, non retrotrahitur ad diem pronuntiationis; quia aequitas omnino deficit, quae causam praebet fictionis retrotractiuae, & aliis, vt in l. qui in vero, ff. de stat. hom. & in l. post limitis, ff. de capiu. & postlim. reuer. in princ. Bart. in l. si quis pro emptore, n. 67. ff. de vofica. xquam autem non est, vt excommunicatus sub conditione vera contumaciae, eo tempore iudicetur excommunicatus, quo nondum contumax estimo tunc gaudebat dilacione sibi concessa ac proinde fuit admissus ad Catholicam fidelium communionem: Ergo adueniente conditione non potest habitus iam suffragis & communionis praecedenti priuari, & etiam si ante aduentum conditionis appellatum non sit, nequaquam retrotrahitur excommunicatio postea adueniente conditione, cum ipsa nunquam affecerit personam debitorem, in quem profertur, nisi tunc demum, cum dies vel conditio euenierit, nec prius lata censetur, vt probant DD. in d. c. praeterea, & Nauar. in Manual. Latin. c. 27. n. 272. versic. 10. & tradit receptissimum Couar. ubi supra, n. 6. Cum addo aliam non infirmam rationem, nemp. voluimus ac mentem iudicis excommunicantis in proposito specie eam esse satifque perspicuam, vt debitor ante aduentum conditionis vel diei minime sit excommunicatus, sed tantu postea ergo haec omnino est attendenda atque obseruanda.

Quarto, + ex d. cap. praeterea, deducitur, quod appellatio in casu ipsius medio tempore hoc est ante aduentum conditionis vel diei interposita suspendit sententiam excommunicationis latam, vt communitur omnes ibidem adnotant, & Ancharan. consil. 240. sequitur Dec. consil. 214. nu. 5. DD. in cap. is cui, §. vt de sententia excommunicat. in 4. Seneniar. dist. 18. quaest. 1. col. 3. versic. sexta conclusio, Syluest. verbo, excommunicatione, 2. num. 1. & 16. communis secundum Couar. d. §. 10. num. 4. qui num. 6. in versic. in hoc autem, ubi, & quibus apparet, ampliat, vt in hoc casu excommunicatio post appellationem minime habeat effectum nec vires assumat, licet post appellationem deserta sit, vel appellatio fuerit renuntiatum.

25 Quinto, + aduertendum est, quod licet alias a sententia conditionalibus appellandum sit intra diem, & tempus a iure constitutum, hoc est, decem dies a pronuntiationis tempore numerandos, vt notatur in cap. quoad consultationem, de re iudic. attamen a sententia censurae sub conditione vel in diem lata, vt in casu d. c. praeterea, satis est quoad effectum suspensionis, quoad ap-

pellatur ante conditionis vel diei euentum, etiam si decem dies dati ad appellandum fuerint elapsi, vt voluit gloss. in d. cap. praeterea, verb. impeditur, ibi, & ita sententia, quam sequuntur & approbant omnes fere ibidem, praeter Abb. num. 8. qui professus eam esse communem, tenet contrarium, nemp. nullam esse differentiam inter has sententias: sed quod tempus appellandi hoc casu, sicut in reliquis, curat a tempore promulgationis sententiae priuaris quibusdam rationibus, quibus satisfaciunt Franc. & Dec. in d. cap. praeterea, n. 7. qui communem sequuntur, affirmans Dec. ab ea non esse recedendum: sequitur etiam dicens, ita fere omnium consensus esse obtentum in d. c. praeterea, Couar. ubi supra, n. 4. sequitur eam dicens communem a contra Panorm. Nauar. in Manual. Latin. c. 27. num. 272. versic. vnde dicitur. Et ratio differentiae est secundum Dec. quia in excommunicatione contumacia requiritur, quae reperitur tempore conditionis purificata, non vero tempore sententiae: vnde cum excommunicatio propter contumaciam incurram tempore conditionis vel diei aduentus, in specie d. cap. praeterea, non retrotrahatur ad tempus sententiae, vt supra cum communi probauimus, consequens est, vt tempus ad appellandum incipiat intra decem dies, antequam grauet sententia excommunicationis, hoc est, ipsa incurritur, id est, ante aduentum conditionis vel diei, etiam si plures sint transacti a tempore pronuntiationis ipsius sententiae.

26 Haec + tamen communis sententia limitanda erit, quoties debitor ab initio consensit, vt post diei vel conditionis aduentum, si non soluerit, possit eo ipso a iudice excommunicari, vt contingit in eo, qui tempore constitutionis pensionis hoc consensit, vt supra meminimus: tunc enim ratione huius consensus non poterit, qui consensit, appellare ab hac sententia excommunicationis, pendente conditione, nec ante diem, secundum Innocent. Ioan. And. Bald. Panorm. & alios in cap. P. & G. de offic. delegat. sequitur alios allegans D. Couar. in d. cap. alma mater, 1. part. relect. §. 10. n. 40. ad fin. Et quando proceditur via exsequutiua pro pensione, iuxta stylum in similib. seruari solitum, quod regulariter admittatur appellatio, nisi aliqua iusta causa subsistente, tenet Gig. de pension. qu. 95. tit. 5. vol. 15. tractat. fol. 224.

27 Vltimo, + ex text. in d. c. praeterea, de appellat. dixit eleganter Aegid. Bellam. de cetero. 160. incip. si a reipre publicationis, quod si intra dies contentos in monitorio vel exsequutoriis, qui dantur ad aliquid faciendum vel implendum, ille, contra quem monitorium vel exsequutoriales dirigitur, appellauerit ea causa probabili, quae probata debet legitima reputari, iuxta notata in cap. vt debitus, de appell. cum similib. talis appellatio suspendit effectum monitorij vel exsequutoriis: quod etiam tenet Anchar. consil. 241. quos refert & sequitur Palat. Rub. de benefico. vnan. in curia, §. 15. col. penult. & fin. ad d. quod hoc remedium appellatio erit vtile contra mandatum vel praecipuum Papae vel cuiuslibet alterius iudicis vel superioris, etiam si causa cognitio & citatio praecesserint, resque discussa foret & iudicata, vt Aegid. videtur loqui: si autem cum tertio non fuit habitata lis nec causa cognitio adhibita, & monitorium retnale emanat contra ipsum, quo caueatur, vt dimittat beneficium, illudque restituat Titio infra decem dies, aliuve terminum, alias cum excommunicat Papa vel eius delegatus, &c. inquit Palat. Rub. ubi supra, §. 14. in versic. si igitur monitorium poenale, &c. quod quamvis tertius ille, contra quem dirigitur monitorium illud, non obtemperet, nullam excommunicationem incurrit: nisi forsitan tale praecipuum emanasset, quod etiam parte praesente & inuita potuisset, quia tanto magis fieri potest parte absente & inuita, vbi probat, ad d. quod

D

tercius possessor, qui pretendit se habere ius, & nunquam fuit citatus, poterit de iure suo excipere & non obtemperare, & si opus fuerit, appellare, & quod hac oppositio & appellatio iuuabit eum & alios similiter non parentes, vt puta Capitulum & singulares de Capitulo, quibus forsitan mandatum dirigebatur: quoniam si mandatum non tenuit quoad principalem, consequenter non tenebit quantum ad alios, quibus, vt exsequutoribus, dirigitur vel intimatur, vt quotidia fit.

28 Imo & etiam si quis lite controuersa sententiam & exsequutoribus obtinuerit aduersus possessorem beneficii, licet de iure possit propria auctoritate, non tamen inuito nec renitente possessore, possessionem beneficii capere, praesertim, quia solet in eisdem literis exsequutorialibus potestas hae capiendi possessionem propria auctoritate concedi, vt tradit Rota in nouis 417. & Felin in c. de casero, col. vlt. de iud. Couarr. l. 3. var. resol. c. 16. n. 7. in vers. quod si quis. Attamen stylus & praxis Romanae Curiae introduxit, iure attenuatorum reuocari possessionem propria auctoritate apprehensam, vel etiam obtentam auctoritate exsecutoris electi, nisi ante eius apprehensionem exsequutoriales ipse literae ostense atque intimatae fuerint victo possessori, & postea reproductae cum intimatione Auditori in Rota, qui solet quatuor citationes decernere, monens eum, vt doceatur non paruerit, aut legitime se excuset, eum declaratur incurrisse in censuras & alias poenas in exsequutorialibus contentas, & successiue proceditur ad aggravationem, reagravationem, interdictum, & vltique ad brachium saeculare inclusiue: ac si aperte dicat, eum prius non habendum pro excommunicato, imo pro tolerato; & ita habetur canonice possessio, non alias: nam licet exsequutoriales excommunicent, vt ex iure & etiam mandent denunciari excommunicatum, in omnibus tamen intelligitur conditio, si non paruerit: Quod autem non paruerit sine iusta causa, non priusquam fuerit lata declaratoria praecedentibus praedictis citationibus, ceterique supra dictis confabitis: ita colligitur ex Felin. Rota quondam audire in cap. ad probandum n. 6. de re iud. refert expresse Guillier. Casad. decis. 6. in tit. de causa posses. & propriet. num. 10. c. 11. vbi limitat, nisi loco exsequutorialium decernat Papa mandatum exsequutum, vt in quibusdam causis fit: eundem stylum refert & probat Ludovic. Gomez. in reg. de subrogan. colligitur, quod si licet ista de iure, pag. 367. vbi dicit, quod hodie delectentur illa verba, propria auctoritate, posita in exsequutorialibus, stylus Rotae magis iustificatur, sed etiam si non delectentur, possunt sustineri, per text. in cap. si beneficia, de praebend. lib. 6. & quod etiam si stante praedicto stylo pro vero, capiens possessionem per exsequutoriales, dicatur quasi attentare, attamen intrusus non dicitur, ex quo habet titulum coloratum, & sufficit secundum Abb. in c. cum nostris, de concess. praebend. Eundem stylum laicus probat idem Gomez. in reg. de annali posses. quod 44. p. 585. in vers. quod etiam ex stylo bodierno, dicens ita practitari, & quod non caret hac praxis auctoritate aut ratione idem Gomez. in reg. de triennial posses. quod 27. vers. sic etiam, pag. 800. Huius etiam praxis meminit Couarr. vbi supra, licet referat ex supra dictis, non adeo firmam & stabilem esse hunc stylum, quin quandoque contrarium obtentum & pronuntiatum fuerit, quod ipse deducit ex Gomez. vbi supra, cum tamen Gomez. adhuc propter praefatum stylum ac praxin Rotae, affirmas absque dubio, quod ita practicitur: id quod nouissime testatur Octavian. Vestr. lib. 8. in Romanae aula actionem, cap. ult. num. 16. & segg. fol. 270. & seg. vbi in summa ad monet, quod exsequutores in partibus, quibus subdelegatur exsequutio earundem literarum (secundum morem, qui in Palatio inoleuit) duntaxat literas exsequu-

toriales condemnato ac introfis intiment, & primam partem ipsarum literarum duntaxat, videlicet & ante dict. monitionis canonice ad parendum rei indicatas, infra 30. dierum terminum exsequantur: & vbi literae exsequutoriales fuerint legitime intimatae, non procedatur ad vltiorem exsequutionem coram dictis exsequutoribus, sed habita relatione legitime intimationis earundem literarum reproductarum literae vna cum relatione intimationis in Curia coram Auditore: & ibi late agit de forma vltioris processus & exsequutionis.

Et hunc casum iam vidimus in praxi in vna Archidiaconatus de Sabugal Ciuitate. Nam fuit condennatus in contumaciam, & per contradictas D. Ioan. de Sylua modernus possessor, ad instantiam cuiusdam Clerici Palentin. diecesis, vt dimitteret dictum Archidiaconatum & in possessionem eiusdem mitteretur praefatus Clericus Palentin. diecesis. Tandem exsequutoriales literae super hoc exhibite fuerunt in hoc Capitulo Ciuitatis, cui auditor Rotae iudex causa praecipit sub pena excommunicationis latae sententiae in singulos de Capitulo, vt intra sex dierum spatium eisdem literas exsequerentur atque in possessionem dicti Archidiaconatus mitterent dictum victorem, ac condemnatum de possessione amouerent: & cum eisdem literis a victore requisitum fuit praefatum Capitulum super earum veritate & actuali exsequutione, vt praefertur faciendum, & cum dictus condemnatus ibidem tanquam canonicus intercessit, cui etiam intimatae fuerunt exsequutoriales, contradixit, reclamauit & protestatus est atque ab exsequutione Capitali appellauit, sicque spoliatus fuit sua possessione, & aduersarius missus in eandem auctoritate dictarum literarum Apolliticarum, & iuxta ipsarum tenorem. Tandem causa perducta ad Regalem Cancellariam Pincianam, idem D. Ioannes fuit reintegratus, restitutus atque manentis in sua possessione, iuxta praefatum stylum praxique Romanae Curiae, quae in hac causa per Auditores Regios fuit obseruata: contradicente enim victo, non erat sibi auferenda possessio, sed exsequutoriales eidem intimatae reproductae coram eodem auditore, a quo emanarant, & discernendae erant citationes in forma supra ad vltiorem processum, iuxta tradita per Felin & ceteros vbi supra, ad canonice possessionis obtentionem Caveat igitur par vincens, ne post contradicendum requirat exsequutorem suae Capitulum, vt eum virtute dictarum exsequutorialium a possessione amoueat seque mittat in possessionem, nec vltius ad exsequutionem earundem procedat sed exsequutoriales cum intimatione legitime facta, eidem auditori producat ante captionem possessionis, vt praefatus stylus seruetur: alias enim omnia erunt attentata, & dum breuius sibi consulere vult, longiotti mora immoderatique sumptibus afficietur. Capitulum autem ipsum, si nihilominus a parte instetur, vt ad exsequutionem procedat earundem exsequutorialium, quamuis non seruata forma & stylo, vt euiter timorem incurrendi sententiam praefatam excommunicationis, si in praefato sex dierum spatio praedictas literas non exsequantur, sicque periculo se exponat excommunicationis, poterit eas omnino exsequi, sibi que pars imputet, qui ad hoc Capitulum vel alium exsequutorem requisierit. Si tamen subsistente iusta causa, Capitulum possessori velit iuste fauere, visa contradictione atque reclamatione ipsius, poterit supersedere in vltiori exsequutione earundem literarum; quandoquidem ipsa suspenditur ex praefata possessoris contradictione: & ad maiorem cautelam, si requisitum fuerit, vt vltius procedat in exsequutione exsequutorialium, iuxta ipsarum tenorem appellat ab eisdem, durante dicto termino sibi concessio in praedictis literis ad exsequutionem ipsarum antequam in praefatam sententiam excommunicationis incurrat, que non

non incurrit iuxta suprad. stylum, & praed. appellatio iure suspendit eandem sententiam excommunicationis, vt est expressum in d. c. praeterea, de appell. hocque factum omni serupulo & timore carebit. Denique addendum & duxi, quod in casibus in quibus generalis excommunicatio ferenda est, sufficit monitio generalis, vt in cap. vlt. de elect. in 6. in clem. 1. de iudic. Felin in c. 2. num. 8. de constitut. Et in cap. exhibita, de iudic. col. 2. Hoc tamen fallit, vbi excommunicatio maior ferenda est aduersus communicantes cum excommunicato: nam tunc necessaria est monitio nominatim specialis eorum, qui monendi sunt, nec generalis sufficit, vt in cap. constitutionem de sentent. excommunicat. lib. 6. & ibi gloss. verb. nominatim & Dd. vbi statuitur, ita demum esse monitionem canonicam in hoc casu, si alius rite seruatus, eos qui monentur, exprimat nominatim: & postea inquit text. requirit tres monitiones vel vnam pro tribus, cum intervallo aliquorum dierum, nisi facta necessitas aliter fuerit moderandum, nempe quia partes sunt ad rixam vel arma paratae, nec curant monitiones eius, iuxta gloss. fin. ibi.

Qua & ratione speciale quidem est, vt in hoc casu excommunicatio lata absque praed. canonica monitione, sit nulla ipso iure, vt probat text. in cap. statimus eod. tit. de sentent. excomm. in 6. in §. quod si ex loquutione ibi aliter autem in participantibus excommunicatio prolata non tenet, & ibi gloss. in verbo, non tenet, communiter approbata, hoc expressum notat Felin. in cap. cum sit. Romana, num. 1. §. de appellat. Sor. in 4. distinct. 22. art. 2. in 3. conclusio circa fin. pag. 938. col. 2. Nauar. in Manual Hispan. c. 27. n. 36. vbi refert veram & communem. Quod intelligendum est, quoties quis excommunicat participantes cum excommunicato a seipso: secus si excommunicet communicantes cum excommunicato ab alio vel a iure; tunc & enim excommunicatio lata sine monitione, licet sit iniusta, non tamen est nulla ipso iure: ita Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in d. cap. statimus, Couarr. alios referens in d. cap. alma mater, in 1. par. relect. §. 3. n. 6. Pro quo est textus singularis in cap. praesentis, de sentent. excomm. in 6. in verbo, a se, quem text. ad hoc reputat singulare Petrus in cap. peruenit, 1. de appellat. in 6. qui eandem sententiam probat: & praeterea Nauar. vbi supra, d. num. 36. & in Latin. cap. 27. num. 4.

Hosteniens autem in d. cap. statimus, contrarium praedictis tenet, & existimans, sufficere generale ad monitionem, quoties in genere ferenda est excommunicatio aduersus communicantes cum excommunicato, & Abb. in d. cap. peruenit, 1. aduersus glossam d. c. constitutionem verbo nominatim, quae expresse ait, tutius esse dicere, quod hodie in genere excommunicatio in participantibus ferri non possit, per textum ibi, vt praediximus, & sic sit sublatum, quod dicitur in cap. quod in dubio, in fin. de sentent. excommunicat. nihilominus praxis recepit opinionem praefatam Hostiensis & Abbatis aduersus praedicta iura, vt testatur Couarr. vbi supra. Frequenter enim, imo fere semper fertur sententia excommunicationis maioris generalis aduersus participantes cum excommunicato ad partis petitionem, generali monitione praemissa. Nihilominus tamen, inquit Nauar. vbi supra, quod sicut iudices sunt in possessione ferendi dictas literas contra participantes sine solemnitate praefata illorum iurium; ita etiam subditi sunt in possessione non parendi illis, tanquam nullis, & non habendi se pro excommunicatis maiori excommunicatione, ad effectum se abstinenti ad diuini & obtinendi absolutionis; & quod ita videtur non esse derogatum illis Capitulis, quorum forma seruatur in Lusitania, quia ibidem non discernuntur praefatae literae contra participantes excommunicatis, nisi monitione nominatim

praecedente eorum, qui monendi sunt, iuxta praedicta iura: alias enim lata excommunicatio est nulla, vt supra fuit conclusum. Nec obstat, quod ex supra dictis consequetur, illas literas generales contra communicantes excommunicato latis, esse superuacanas, quia potest dici, quod prodertur ad effectum peruenienti ad interdictum & brachium saeculare iuxta text. cum ibi notatis, in cap. 1. de offic. ordin. Nec etiam obest, quod in aliquibus regionibus adit consuetudo dandi denuntiatorum contra eos, qui non sunt confessi tempore debito Paschali, excommunicando vicinos participantes cum eis, quae excommunicatio censetur valida & ligat, quia illa non datur contra participantes cum excommunicatis ab ipso denuntiante, sed cum excommunicatis a constitutione Synodali, quia denuncians non excommunicat, sed tantum declarat excommunicatum, arg. l. heredes palam, §. sed si notam ff. de testament. sicque in ea residet Nauar. sententia, vt non obstante praedicta praxi iuri conuaria, excommunicatio praefata generalis, sine speciali monitione nominatim facta, lata aduersus communicantes excommunicatis ab eodem iudice non liget, cum populus sit in possessione non parendi eidem, tanquam nulli. Pro quo & facit, Na quamuis sententia pastoris, siue iusta siue iniusta, timenda sit, vt in cap. sententia pastoris, & in cap. qui iustus est, vers. 1. 1. 1. quod 3. imo si quis eam contempserit, peccabit mortaliter secundum S. Thom. in 4. distinct. 18. artic. 1. ad 4. & ibi Palud. quod 1. & Durand. estque communis ibi sententia Dd. secundum F. Martin Ledesimium in secundam 4. quod 23. art. 4. fol. 337. & est communis omnium opinio secundum D. Couarr. in d. cap. alma mater, 1. par. relection. §. 7. num. 5. vers. tertia conclusio, loquentem in excommunicatione, vt tunc iniuste lata sit deficiente causa & culpa ipsius excommunicati: & in praecedenti secunda conclusione tenet, quod hic iniuste excommunicatus non est priuatus communibus & generalibus suffragiis Ecclesiae Catholicae per textum in cap. illud plane, 1. 1. quod 3. & quod haec est communis opinio: quia licet excommunicatio iniusta tollat dispositiones quasdam ad gratiam gratum facientem, quae possent facultas contingere per communionem cum fidelibus, per participationem & perceptionem Sacramentorum, per audicionem diuinatorum officiorum, quibus omnibus exterius priuatur excommunicatio iniusta, non tamen tollit gratiam ipsam gratum facientem, cum haec per peccati mortalis culpam subtrahatur: quod tamen non datur in excommunicatione iniusta, ratione cause, & ideo non priuatur suffragiis Ecclesiae, quoad eius communem intentionem: sicque sententia Diui Thomae ibi per eum allegati, huic communi assertioni non obest. Eandem primam communem sententiam, vt excommunicatio iniusta, etiam ratione cause, sit valida, timenda & seruanda, late probat, affirmans esse communem, plurimosque eam tenentes allegans F. Ant. a Cord. l. 1. quod 9. 43. in vers. opinio 2. vbi eam sequitur, non tantum, vt in publico seruanda sit praedicta excommunicatio, sed etiam in secreto aduersus Couar. & alios, quia ligat quoad Ecclesiam militarem, non quoad Deum, vnde secundum ipsum & communem, quam refert, non priuatur gratia & bonis spiritualibus, quae a Deo sunt immediate, nec fructu communionum suffragiorum Ecclesiae, licet bene priuatur commune corporali, vel exteriori Sacramentorum, atque fidelium aliusque actibus legitimis & exercitiis eorum: quamuis contraueniens eam non seruans, incurrat poenas iuris. Eandem communem sententiam, quod excommunicatus iniuste ratione cause, teneatur seruare praedictam excommunicationem in publico & secreto, alias incidat in poenis iuris, quamuis non priuatur communibus suffragiis Ecclesiae, tenet & probat

bat Victoria in sua summa, tit. de excommunicat. quæst. 7. & ita est tenendum, quamvis Caietanus 2. 3. quæst. 7. art. 4. ad secundum, teneat, quod hic excommunicatus iniuste ratione causæ, quia innocens est, possit communicare sine scandalo in secreto: id quod ex epicheia concedit Victoria ubi supra, & latissime cum Caietano & Paludan. probat F. Martinus Ledesmus in secundam quarti, qu. 23. artic. 4. per tot. usque ad fin. dicens esse hoc probabile, ut prædictus excommunicatus, licet falso probatus sit nocens, non peccet participando occulte & sine scandalo cum aliis in Sacramentis, nec publice sine scandalo & contempu, quamvis teneatur quærere alia remedia iuris, alias peccaret: & quod quantumcumque publice cum scandalo ingerat se Sacramentis, non peccat, nec celebrando efficiat irregularis quoad Deum: communis tamen sententia 35 supradicta Doctorum in hoc est tenenda. † Si vero sententia excommunicationis tantum est iniusta ex defectu notabilis ordinis iuris, ligat in utroque foro secundum omnes, ut testatur Cordub. ubi supra, in 2. puncto, in versic. si vero.

36 Quamvis † igitur hæc ita se habeant in sententia excommunicationis iniusta, fallunt tamen atque locum minime habent in sententia excommunicationis nulla: quam quidem non oportet timere, quia cum sit nulla, iam non est sententia nec excommunicatio, neque quoad Deum, neque quoad Ecclesiam, ut docet Palud. in 4. sentent. distinct. 18. qu. 1. versic. quantum, ad revertitum, concl. 2. & Beatus Antoninus Archiepiscopus Florent. in sua summa, 3. part. tit. 24. cap. 73. dicens, excommunicatum nulliter denuntiatur publice, non teneri abstinere à divinis nec ab alia hominum communione legitima, modo nullitatis causa publicata fuerit per eum: quos & alios auctores refert & sequitur Nauar. in prælect. cap. cum contingat, de rescript. remedi. 3. pag. 160. cum seq. idem tenet Dominicus à Soto, in 4. dist. 22. quæst. 1. artic. 3. in versic. nec vero secunda, pag. 943. col. 2. ubi in versic. & quinto, loquitur in terminis d. cap. constitutionem, & d. cap. statumur, de quibus nunc agimus, & tenet, quod sententia excommunicationis aduersus participantes lata ante monitionem canonicam, de qua ibi, non fit sententia nec habeat causam, ut timeatur, nec illa loquitur d. cap. sententia pastoris, idem in terminis probauit F. Antoninus à Cordub. lib. 1. quæstionar. qu. 43. in princ. Excommunicatio † enim nulla, nec in animæ iudicio, in exteriori vllum effectum habet, si constat eam nullam esse, ut est omnium consensu receptum secundum Couar. ubi supra, d. num. 5. in princ. in versic. & hæc quidem, sequitur etiam Angelus de Clauas in sua summa, verbo, excommunicatio, 3. §. 19. ubi intelligit hoc verum, quando notorie constat esse nullum: alias enim si hoc non constaret, quoad Ecclesiam esse timenda, ipsamque contemnens peccaret mortaliter possetque excommunicari. Idem dicit Syluestr. in summa, verbo, excommunicatio, 2. nu. 1. in fin. & Ledesmus ubi sup. in princ. & Cordub. ubi supra, paulo post princ. qu. affirmans cum aliis, quos refert, hoc casu, si constiterit excommunicatio † excommunicationem esse nullam, si non aliter possit innocentiam suam ruti vel iudicialiter probare, licite posse interim non feruare eam in secreto, scandalo vitato, etiam Missam & alia diuina celebrando, & etiam publice in ea solum regione & loco, ubi excommunicatus ignoratur, nec probabiliter creditur, quod ibi cito diuulgandus sit: quod verum existimo eo casu, quo excommunicatus huiusmodi credit nunquam diuulgandum, alias fecus: si enim, quamvis non cito, crederet diuulgandum, non liceret ei, quia daret scandalum occasionem. Debet † igitur constare notorie, secundum supradictos, de nullitate sententiæ excommunicationis, ad

hoc, ut ipsa non sit timenda nec obseruanda, ut præter eos tradit, plures referens Mexia in l. Regni Toloci, de loc. terminis, in 5. fundam. 2. part. nu. 31.

Nullitas † autem contingit in proposito, ob defectum iurisdictionis prædictam sententiam profertur, vel quia profertur post appellationem legitime interpositam, vel quia continet intolerabilem errorem iuris diuinis, vel humani, vel facti notorie communitur omnibus, vel quia fuit lata contra participantes cum excommunicatis, monitione nominatim facta non præcedenti, vel ob alium defectum, propter quem ipso iure fit nulla, ut latius prosequuntur Doctores supra citati, præcipue Paludan. ubi supra, versic. quantum, ad quartum, & Cordub. in princ. d. qu. ubi quinque casus congerant, in quibus est sententia nulla: octo refert Paulus Bozgal. de irregularitate, 6. part. quæst. 12.

Quare † si sapientibus notum sit, sententiam esse nullam ex aliqua causa supradicta, vltius autem ignoret, potest in occulto coram illis sapientibus eam non feruare: in publico vero eam feruare debet, quovisque scandalum rationabiliter sedauerit: vnde si quis publice excommunicetur & nulliter denuncietur, † ex aduerso publicet ipse sufficientem causam nullitatis ad euitandum scandalum: quo facto, si aliquis tunc scandalizetur, non erit scandalum pusillorum, sed Pharisæorum, ut colligitur ex præfatis auctoribus.

Cum igitur excommunicatio generalis lata aduersus communicantes excommunicato, monitione specialis, & nominatim facta minime præcedere, sit ipso iure nulla, ut supra est dictum: Ergo licet praxis eam formam introduxerit excommunicandi generaliter communicantes cum excommunicatis, non vero nominatim, poterunt participantes eidem se non habere pro excommunicatis publicandos nullitatem prædictæ sententiæ ad sedandum scandalum, si aliquid subortum fuerit, hocque faciendo, poterunt deponere scriptulum atque prædicare sententiæ nulli non parere, quoad iure nominatim excommunicantur: præcipue cum vsus hoc idem introduxerit, secundum Nauar. ubi supra, in d. Manual. & cum excommunicatio supradicta generalis, quoad alia, ut prædixi, operari queat. Quod si aliquis adeo timidus sit, ut prædicare scriptulum deponere non possit, abstinere se à communicatione cum excommunicatis, parendo sententiæ, quod si aliud fecerit, petat absolutionem ab eodem iudice, eaque vtatur & caueat, ne iterum incidat contra propriam conscientiam: iure tamen verius & receptius est, ut prædixi, requiri monitionem specialem nominatim factam eorum, qui monendi sunt, ne communicent cum excommunicatis, ad hoc ut aduersus eos ob hoc sententia excommunicatiouis maioris ferri possit, prout fit & feruatur in Lusitania: praxique tunc erit meo iudicio, ut pars dicat & nominet personas certas, quibus sit præcipiendum sub pena excommunicationis maioris, ne communicent cum excommunicatis, & iudex eisdem præcipiat, ut intra trium vel sex dierum spatium, quos pro tribus canonicis monitionibus eisdem assignat, se abstinere à communione illorum, eisdemque minime communicent sub pena excommunicationis maioris lata sententiæ, quam ex tunc aduersus illos pronuntiat, si contrarium fecerint, hocque illis intimitur, qui facta, transacto illo termino, si excommunicatis communicauerint, præfata censura in eos lata ligati manebant.

S V M M A R I V M.

1. Episcopus siue eius Vicarius generalis, potest absolueré subditum à sententia excommunicationis lata à iure, nulli tamen reseruat.
2. Idem est excommunicatione lata per constitutionem inferioris, confirmata tamen à Romano Pontifice.

3. Idem

3. Idem obseruandum est in suspensione lata ob contumaciam, & non in penam, sine termino & reservatione.
4. Episcopus non potest absolueré à suspensione lata in penam alicuius delicti, etiam à iure, siue temporalis siue perpetua sit.
5. Limitatur tamen in suspensione imposita ob adulterium vel alia minor delicta.
6. Episcopus non potest absolueré à suspensione temporaria intra tempus.
7. Suspendio ad tempus lata, tollitur elapso illo tempore absque aliqua absolutione.
8. Interdictum ad tempus latum, lapso tempore cessat.
9. Episcopus non potest dispensare circa suspensionem vrenny, quam incurrit parochus, qui inter fuit matrimonio clandestino.
10. Episcopi nequeunt contra concilia dispensare.
11. Episcopus potest absolueré à sententia excommunicationis, que ob manum violentarum iniectioem in clericum, ob leuem, & modicam iniuriam incurritur.
12. Ita leuis iniuria potest esse ex iniectioem manuum proleularum in clericum, ut non perueniat ad peccatum mortale, sed veniale.
13. Non incurritur eo casu sententia excommunicationis, cum ea non incurritur, nisi ob peccatum mortale.
14. Iniuria leuis que dicitur in proposito, ut Episcopus à sententia excommunicationis ob eam absolueré possit, relinquatur arbitrio Episcopi.
15. Extraneus, que Ioanni XXI. tribuitur, quamvis male, refertur, declarans, que percussio dicitur leuis in proposito.
16. Enormis lesio in proposito qua dicitur excessus notorius, quando dicitur enormis lesio, ibidem, numero 17.
17. Leuis est percussio, à qua absolueré potest Episcopus colaphus, quem impiegi capellanus perpetuo canonice Ecclesie præfata.
18. Percussio clericorum, qui sibi ipsi in itinere pugnos & pedes impigerunt, leues sunt.
19. Parochus an absolueré possit subditum à sententia excommunicationis maioris, cuius absolutio alteri non est reseruat? & num. seq.
20. Inferior potest absolueré à sententia excommunicationis lata per constitutionem Episcoporum & aliorum inferiorum, quando alteri non est reseruat.
21. Suffraganei possunt absolueré à sententia lata per Concilia provincialia, quinimo, & sui Sacerdotes: id possum.
22. Religiosus est prohibendum absolueré excommunicatos à canone, nisi in casibus à iure expressis, propter privilegia Sedis Apostolicæ concessa.
23. Par inu, & soluendi & ligandi est.
24. Excommunicatio est meri imperij.
25. Absolutio ab excommunicatione, est etiam meri imperij.
26. Absolutio à sententia excommunicationis maioris, est reseruat solis Episcopi.
27. Concordia in questione principali inter vtramque opinionem assumitur.
28. Facultas in diplomate Cruciate concessa ad absoluerendum ab excommunicatione, satisfacta parte, non est amplior, quam verba sonant, vnde absolui non potest virtute Bullæ, qui ob impotentiam soluere non possit, quamvis hic quoad Deum sit absolutus.
29. Nomine partis in proposito non intelligitur iudex, ut exemplo hic posito Episcopi præcipiente sub pena excommunicationis alicui, ut iret ad processionem vel quidpiam aliud faceret, quod non fecit, nam posset hic inconsulto Episcopo, per privilegium Cruciate absolui, nisi persequeret in rebellionem, retinendo concubium contra præceptum Episcopi, hic namque, quousque eam relinquit, non potest absolui.

30. Hic excommunicatus, non data rebellionem, non tenetur soluere iura iudici nec rebellionem, ad hoc, ut possit absolui.
31. Appellatione sententiarum veniunt excommunicatio, suspensio & interdictum.
32. Praelatus proprius potest absolueré ab excommunicatione incurta à iure, extra suum Episcopatum, & parochiam.

C A P V T V.

Parochus an possit absolueré sibi subditum à sententia excommunicationis maioris à iure lata, nulli reseruat?

Episcopus † siue eius Vicarius generalis, regulariter potest absolueré subditum à sententia excommunicationis lata à iure; nulli tamen reseruat: textus est celebris in cap. nuper, de sentent. excommunicat. in §. in secunda, ubi Quannus enim & tunc non iudicis, sed iuris sententia excommunicato communicans sit ligatus: quia tamen conditor canonis, eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse videtur facultatem aliis relaxandi: qui textus ad hoc singularis est secundum Cardinal. ibidem & Barbat. in cap. 2. de solut. notat Abb. in cap. graue, col. ult. num. 13. deprehend. late Felin. in cap. pastoralis, §. præterea, num. 9. de offic. ordinari. Abb. Felin. & Dec. in cap. si clerici, §. ult. de indic. refert plures Nauar. in Manual. Lat. in cap. 27. num. 39. ubi proprium Praelatum intelligit, Papam, Episcopum, Capitulum sede vacante, & alium quemvis Praelatum exemptum Ecclesie regularis aut secularis, qui dicuntur habere iurisdictionem quasi Episcopalem, iuxta glossam receptam in clement. 1. de reb. Eccl. non alien. & etiam quibus alius non exemptus habens iurisdictionem in foro exteriori: estque communis opinio, ut testatur Didacus Couaruias in c. alme mater, §. par. rel. §. 12. num. 4. de sentent. excommunicat. lib. 6. Amplians, † ut etiam procedat in excommunicatione lata per constitutionem inferioris, conformatam tamen à Romano Pontifice: idem lateque dissentit, an sit in excommunicatione lata per sententiam hominis generalem, alteri absolutione minime reseruat: qui cum Imol. in d. cap. graue, col. 4. aduersus alios, quos refert, partem affirmatiuam probat, ob generalem permissionem text. in d. cap. nuper. Idem obseruandum est † in suspensione lata ob contumaciam, & non in penam delicti absolute, sine termino & reservatione, siue iure communi siue particulari confirmata, vel non confirmata per Papam, ab ea namque Episcopus siue eius Vicarius absolueré poterit, argumen. d. cap. nuper & cap. ex literis de constitut. secundum Innocent. in c. 2. de solut. gloss. in clement. §. verum, verbo, excommunicationis sententia, ubi, sed quid sit tempus, de heretic. estque communis secundum Nauar. in d. Manual. cap. 27. num. 162.

Ex † quo primo deducitur, quod Episcopus non potest absolueré à suspensione lata in penam alicuius delicti, etiam à iure, siue temporalis siue perpetua sit, ut tenet gloss. in cap. cupientes, §. ceterum, verbo, suspensos, de elec. & probat bene Abb. in c. 2. de solut. & in cap. tam literis de resib. quem ibi sequuntur Aretin. & Felin. altius respondens quam in d. cap. nuper & in d. cap. pastoralis, §. præterea, ubi aliud dicit, eo quod non satis perenderat dicta Panormitani, ubi supra, ab omnibus recepti, qui ea diligenter expendunt, ut refert Abbatem sequutus Nauar. ubi supra, d. num. 162. aduersus Syluestr. in summa verbo, suspensio, quæst. 8. & alios, qui

D 3